

1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI·QUÆRIS·PENINSULAM·AMŒNAM
CIRCUMSPICE
CHARLES A. DENISON
B.L. 1893 LL.B. 1894
BEQUEST

VETERIS ÆVI
ANALECTA,
SEU
VETERA ALIQUOT
MONUMENTA,
Quæ hactenus nondum visa.

TOMUS II.

QUO CONTINENTUR.

ANNALES rerum in Hollandia & diœcesi Ultrajectina gestarum Ann. CIↃ. CCCC. LXXXI. & duob. seqq. Auctore incerto, sed accurato, & æquali eorum temporum.

EX THOMÆ BASINI Archiepiscopi Cæsariensis *historia* Gallica EXCERPTUM res gestas continens iisdem annis & in iisdem Provinciis.

JOANNES à LEYDIS de origine & rebus gestis Dominorum de Brederode.

Appendix ACTORUM VETERUM ad Joannem a Leydis.

VETERA aliquot TESTAMENTA seculo XIII. XIV. & initio sequentis scripta.

ANTONII MATTHÆI Patris Recitationes seu Prælectiones Solemnes ad tit. C. de Pign. & Hypoth. Habitæ olim Ultrajecti Ann. CIↃ. IↃC. LI.

Primus vulgavit adjectis Observationibus

ANTONIUS MATTHÆUS

Juris in illustri Academia Lugduno-Batava Antecessor.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud viduam SEBASTIANI SCHOUTE, *1698.*

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,

Et perillustribus in bonas literas & Rempublicam meritis

SPECTATISSIMO VIRO,

D. HENRICO BLEYSWEYK J^to,

SUMMIS APUD DELPHENSES HONORIBUS FUNCTO, PRIMARIO EORUM CONSULI, ORDINUM HOLLANDIÆ IN COMITIIS ASSESSORI, REBUS INDIÆ ORIENTALIS CONSTITUENDIS PRÆFECTO, ET ACADEMIÆ LUGDUNO BATAVÆ CURATORI DIGNISSIMO, SPLENDIDISSIMO, ETC.

Felicitatem, valetudinem, & salutem in eo, qui est omnium vera Salus.

Nobilissime, Amplissime, & Gravissime Vir,



Gregia admodum vox fuit Roberti regis Siciliæ; Dulcius sibi regno literarum commercium, malle se regno & imperio privatum immori literis doctrinisque, quam inter vinum & crapulam regio luxu diffluere, inter fœminas & malas artes sectari aulæ proterviam. Nec alia fuit mens

Alphonsi Regis Arragonum, qui, dum non aliud curarum habuit condimentum, nec in deliciis quicquam aliud, ætatem inter literas, inter studia, & bonas artes, & rerum gestarum monumenta consumpsit. Regium id arbitratus. Nec aliud ullum fructuosius humanæ vitæ subsidium, quam frequens lectio & meditatio eorum, quæ olim gesta. Ut verissime enim Livius *lib.* 1. *hist.* *Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque Reipubl. quod imitere capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites.* Vis hæc humanitatis, & inprimis historiarum est, ut a vitiis deterreat, ad virtutem inflammet, dum ob oculos ponit præmia, dum gloriam immortalem, quæ bonos solet sequi, & de Republica præclare meritos, contra execrationes, infamiam, supplicia, quæ tyrannos, facinorosos, in omni scelerum turpitudine & dedecore volutatos. Nec mirum hinc, quod Cicero *memoriam* rerum gestarum appellet *vitæ magistram, actionum speculum humanarum.* Speculum autem non immerito, & vivum quidem ardensque, cujus oppositu, ut vulgo Scipio prædicabat, in magno animo & generoso amulationis velut flamma accenditur, vera ut plurimum causa, fons, & origo pulcherrimi cujus-

cujusque & laude digni facinoris. Ita enim se habet res, ut sic insitum animis nullius non laudabilis & præclaræ rei semen hoc quodam velut fomite efficaciter incitetur, non aliter quam scintilla levi flatu adjuta, ignem explicat, diffunditque. Variis certe experimentis jam olim id satis cognitum, priscarum rerum monumenta viam facere ad sapientiam, ad justi atque injusti, & multarum rerum notitiam; iis qui se dediderunt, rudes antea & indoctos prudentissimos tandem factos, nec clarissimos tantum domi, sed militiæ etiam & in acie bellicosissimos. Testis Lucullus est, qui ad bellum Mithridaticum Consul missus in Asiam, quamvis rei militaris nondum attigisset aut disciplinam aut gloriam, continuis tamen, dum facit iter, historiarum lectionibus eam est rei bellicæ consecutus peritiam, ut primo impetu statim victor Reges potentissimos Mithridatem Tigranemque contuderit præliis felicissimis, & in ordinem redacta Asia victoriarum suarum cursum circumegerit in Pontum. Testis est Cicero, qui belli gerendi modum edoctus non aliunde quam ex veterum monumentis Proconsul missus in Ciliciam subegit gentem ferocissimam. Testis Scipio Africanus, illustris non minus præcellenti doctrina, & insigni prudentia, crebra lectione parta, quam gesto bis Consulatu,

duobusque triumphis, & bis excisis deletisque terroribus Reipublicæ. Testis ejusdem æmulus Imp. Julianus, qui postquam Athenis ex subselliis Academicis ad imperium arcessitus, quod Athenis didicerat, inter strepitum militarem & præliorum tumultus, inter flammas & sanguinem, adeo non neglexit, ut dies interim noctesque quasi pabula quædam animo ad sublimia scandenti, virtute invicta & indefessa, ut testatur Ammianus, conquisiverit assiduus, conatus eadem arte grassari ad laudem bellicam, ad triumphos, qua olim Scipio, urbem etiam Pyrissaboram, quum bellum Persis intulisset, cinctam triplici corona continens, eodem modo, eadem vi, qua olim legerat a Scipione expugnatam Carthaginem. Nec plane id ignoravit tot trophæis insignis Turcarum Imperator, qui Constantinopolitanum imperium subvertit funditus, Mahometes II. Animo enim reputans, quanti esset institutio, quanti artes & literæ, ad virtutem momenti, viros doctos & eruditos non amplissimis tantum præmiis Constantinopolim pellexit, sed Johannem etiam Lombardum Italum filio suo Mustaphæ, ut exemplis virorum fortium ad præclara quævis contendenti calcar adderet & stimulum, pædagogum apposuit, & hunc quidem potissimum, quod non tantum Italice, verum etiam Turcice, scripsisset prælia ejus & res ge-

ſtas adverſus * Uſumcaſſanem regem Perſarum. Certe eſt extra controverſiam, & quod qui rerum periti diffiteri non poſſunt, nihil movere fortius, nihil æque ad virtutem, ad comparandam prudentiam domi militiæque, ac hiſtoriam conferre. Cauſas ſiquis quærat, quæ ad fœdus impellant, quæ contractum diſſolvant, quæ Rempublicam conſtituant, quæ conſervent, quæ augeant, quæ auctam labefactent, quæ minuant, quæ exſcindant, Annales adeat, & non dubito, quin hi melius, quam aut uſus eas ſuggeſturi, aut ullus Philoſophus. Modum ſiquis quærat cum Rege agendi, cum Principe, cum ſuis, cum exteris, qua arte motus gentium poſſint aut præcaveri, aut ſedari, aut tolli, veterum adſunt monumenta, quæ ſexcentis doceant hæc exemplis. Pacis artes ſiquis quærat, & quo conſilio, quo judicio bella ſint ſuſcipienda, quo gerenda, finienda, quodnam jus legationum, quo pacto in colloquium deſcendendum cum hoſte, hiſtoria eſt, quam ſi-cet conſulat. Abunde id ſuppeditabit. Et quid quæſo tandem dulcius otio literato: quo citra ullum diſcrimen rerum maximarum eventus cognoſcimus, rerum vel in ſago vel in toga geſtarum ante millia ſeculorum, quo peritiam com-

* Paul. Jovius ſic vocat. Haſan Uzum eſt Petro de la Valle 2. itin. c. 22.

paramus, rerum usum, prudentiam, & invicti firmamus animum constantibus exemplis? Quid ut propius accedam (nam nec id omittendum) universum jus nostrum clarius efficit, quid augustius, quam historiarum cognitio? Quantulum quæso scit, qui originem ejus nescit, qui progressum, qui incrementum, & quam id sæpius mutatum; qui ejusdem auctores, qui Hadrianum, Constantinum, qui Theodosium II. qui Justinianum non novit, qui Principis, Senatus, populi, qui magistratuum vim ac potestatem ignorat? Mihi certe non aliud ab ineunte ætate suavius, nec constantior voluptas ulla, quam inter Principum rescripta, juris studium utriusque, & rerum antiquarum monumenta versari. Nec unquam existimavi, quamdiu vixi, id indecorum, si & ego id usuparem, quod Imp. * Julianus, & quod ab eo usurpatum inscripserat foribus Bibliothecæ suæ Theodorus Canterus, Consul Ultrajectinus,

Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὄρνεων
Ἄλλοι θηρίων ἐρῶσι· ἐμοὶ δὲ βιβλίων
Κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

Alii quidem equos alunt, aut aves, aut canes ad venandum. Mihi vero a puero istud desiderium insedit, ut multos acquirerem ac possiderem libros. Sunt qui tanti non putant hæc; sed me laboris a me suscepti nequaquam hactenus adhuc

* epist. 9.

adhuc pœnitet. Et nec causa est cur pœniteat. Corrasi, collegi multa. Nec peperci in conquirendo aut pretio, aut ulli operæ. Quæ patriæ spectant antiquitates, cujus vel potissimum habenda est semper ratio, non pauca servo adhuc nondum visa. Quæ si vitam Deus proroget, ubi otium & occasio, cum harum rerum studiosis communicabo non illibenter. Specimen jam offero, ut hinc velut ex lacinia possit pannus cognosci, & ut velut ἐκ τοῦ κρασπέδου sit τὸ ὕφασμα πρόδηλον. Et id tibi offero, Nobilissime & Amplissime vir, nec, dum patronum ei quæro, alius occurrit dignior, quam, cui creditum ab Ordinibus ob insignia jam olim merita illustre hoc Athenæum, illustris tua Amplitudo. Non ingratum erit, spero, nec indignum tibi munus, tibi inquam Gravissime & Nobilissime Vir, qui etsi maximis dignitatibus præfulges conspicuus, ad clavum collocatus florentissimæ civitatis, ne hæc quidem aspernaberis. In pretio tibi literæ, rerumque hactenus suppressarum, nec satis adhuc cognitarum, latentiumque, feliciter, & ἀγαθῇ quadam τύχῃ, restituta memoria. Non abs re erit, spero, nec grave auditu, aut intellectu, si paucis dicam Auctores, si rem ipsam, si materiam, si argumentum, quod tractant.

ANNALES rerum Ultrajecti & in diœcesi

 gesta-

gestarum, ut & belli cum Hollandis Ann. CIↃ. CCCC. LXXXI. & duob. seqq. Auctorem habent incertum, sed æqualem eorum temporum. Vidit ejus commentarios etiam Buchelius, qui & quædam excerpsit beneficio viri nobilis Adriani van Winsen, domini de Hoençoop, Trajectensium antiquitatum studiosissimi olim viri, & locum unum aut alterum ad Hedam notis inseruit. Schedas vocat manuscriptas, sed quarum ipse, ut videtur, tamen copiam non habuit, & forsan nec describendi, si precario forsan habuit, aut otium, aut potestatem, si recte verba hæc considero, quæ ad Hedam occurrunt: *plures submersos addunt schedæ a nobili viro, rerum patriæ suæ perquam studioso, D. Adriano Winsenio, Toparcha in Hoencop, & Heemstede, olim mihi traditæ, ex cujus monimentis, si Deus ipsi vitam in hæc tempora prorogasset, multa ad has notas conferre potuissem, quæ cum ipso nunc sepulta jacent.* Ego diu cum quæsivissem, non infeliciter tandem nactus, quantum ex schedis superest sisto hic universum: Quis Auctor siquis roget; id, ut statim jam dixi, juxta scio cum ignarissimis. Quod rebus gestis interfuit, quod laicus, quod de plebe, quod munere nullo functus, ipse indicat non obscure, ut cum agit de literis Ultrajectum missis ab episcopo *cap. 6. ende die brief hielt in, dat hy*

syn

ſyn Stat eyſte, ende dat ſy hem goede onderſaten weſen wouden, hy ſoude hem een goet Heer weſen, mit meer woorden, die ic al niet onthouden en heb. Cum agit de Hollandis ad Vreeſvicum cæſis a Trajectenſibus *cap.* 37. *ende daer waren veel buſſen, die op raden ſtonden, daer dede men ſelen aen, ende veel kinder ghinghen aen die ſelen, ende toghen alle dic buſſen allencken uyt Tollenſteghe op die Noey al ſingende vreemde woorden, die ic niet noemen wil, want ic daer te kleynen man toe ben, om die te verhalen, want ſy op Heeren ghinghen &c.* Cum de Narda ſurrepta *cap.* 43. *ende in die Stadt op de ſtraet ſynder dootgeſlægen* XXI. *als my geſeyt is.* Cum de Ultrajectinis ad Weſtbroeck cæſis ab Hollandis *cap.* 48. *Alſo dat daer veel dooden bleven van Borgers ende Borgers kynder, Ruters, ende Lantlude, alſo my een goede Vrou geſeyt heeft, die die dooden beſien had, want ſy hoeren man twee daghen lanck geſocht had onder die dooden &c.* Cum de caſtro *de Haer* ab iiſdem vi capto *cap.* 98. *Dit heeft my een geſeyt, die op dat huys mede gevanghen wert, ende dat huys wert geſpolieert ende gebrant.* Admodum autem diligens, & ut nemo non judicabit ἀξιόπιστος, accuratus. Nec ſcio, an quicquam extet, unde veteres familias, & nobilium multudinem, quæ olim in diœceſi, diſcas plenius cognoſcaſque.

Qui

Qui in Davidem episcopum, qui pro ipso stabant, postquam bellum civile ortum, recenset admodum accurate *cap.* 2. 15. 38. 50. 71. 108. ut & alibi passim. Et quod ad rem ipsam, incredibili quodam studio notavit singula, collegit, & nulli prorsus labori parcens in diarium velut retulit, nec quod dignum observatu quicquam omisit sciens. A postridie S. Sixti Ann. 1481. quo descitum a Davide, & accensa in dioecesi belli civilis fax, orsus ἀνὰ προοίμια usque ad x. Kal. Maji Ann. 1483. quo captis, qui Ultrajecti contrariæ erant factionis, receptus David in urbem rediit. Deesse aliquid si suspicetur quis, suspicio non est nulla. Nam & deest præfatio, & desunt etiam initia Ann. 1483. Nec ratio potest reddi, cur a Leyda surrepta, unde prima origo belli, ut habet Thomas Basinus, & Auctor ipse etiam passim, initium non fiat. Verum edo, ut reperi. Et qualecunque id tandem sit, non negabit lector, si evolvat, quod illustre id monumentum, dignum quod omnes, qui veteris historiæ, qui patriæ antiquitatis studiosi sunt & amantes, inprimis qui Ultrajecti, ambabus ulnis accipiant, & velut raptum ex incendio κειμήλιον quoddam servent. Siquid forsan deest, abunde id, qui eum excipit, supplebit Thomas Basinus, qui & altius orditur, & ubi desinit, porro pergit, & historiam pertexit.

Fuit

DEDICATIO.

Fuit THOMAS BASINUS episcopus Lexoviensis. Pulsus Gallia, & dum exul, ut solaretur exilium, Archiepiscopus a Papa factus, verum titulo tantum tenus, Cæsariensis in Syria, cum loca aliquot pererrasset, tandem in dioecesin & Ultrajectum concessit, ubi sedem cum fixisset, ad scribendum se contulit, scripta ibi historia, unde id quod publicamus, & quod descripsi ex Adversariis Gisberti Lappii a Waveren, Advocati Trajectensis, omnisque antiquitatis studiosissimi olim viri. Nomen Thomæ Basini excerptum non præferebat, sed simpliciter tantum titulum & initium hujusmodi: *Fragmentum ex Anonymo auctore historiarum & rerum gestarum temporibus Caroli* VII. *& Ludovici ejus filii Regum Franciæ. Gisbertus Lap a Waveren Ann.* 1640. *exscripsit.* Ego Thomæ Basino universum id adscripsi, quod quæ Buchelius ad Hedam ex historia ejus citat *hist. Ultraj. p.* 312. ipsissima sunt verba, quæ in fragmento hoc occurrunt. Aggressus erat Basinus eorum Regum historiam, quum exul esset Ultrajecti, pulsus Gallia a Ludovico, cui odio erant omnes, qui gratiosi olim apud patrem ejus Carolum VII. Præsens autem cum esset, quum Maximilianus Romanorum rex cinxisset urbem obsidione, præsens etiam experiretur obsidionis incommoda, infausta omnia & infelicia, anno-

nae

næ penuriam, & incredibilem eorum, qui urbi præerant, contumaciam, omissis paulisper Gallicis, contulit se ad exponendum, qui tum admodum perturbatus propter civium defectionem, rerum statum Trajectensium, & ad cetera, quæ contigerunt tum Ann. CIↃ. CCCC. LXXXI. & deinceps, de quibus supra Anonymus. Sed hic pergit porro, ut dixi jam, & postquam plebem dixit tumultuantem ob rerum omnium caritatem, & passim sibi per Hollandiam interdictum commercium, domo eam Capitulari, cum haberentur Comitia, facto in templum impetu, conclusisse ait præcipuos, qui erant graves civitati, belli instinctores & impulsores ad desciscendum, & per celerem dein nuncium episcopum accersitum, eum, postquam manu exulum & satellitum comitatus sub noctem urbem intrasset, cum securum se existimaret, carceri mancipatis, qui ei erant infesti, nec ultra quicquam metuendum, non diu dein post a conjuratis oppressum, noctu nemine advertente ab Henrico Nyveldio rursum urbem subactam, & quamvis strenue propugnantibus, quos episcopus introduxerat, episcopum tamen captum, nulla exhibita reverentia.* transportatum Amissurtum & custodia conclusum, donec Maximilia-

lia-

* Conjectum in vehiculum infame, & abjectum, ut quo fimus solebat evehi. Heda *in ejus vita*.

lianus consanguineo tulit opem, eumque ingenti exercitu, machinis tormentisque, quibus urbem concussit, tandem Sedi restituit. Omnia hæc & singula, quibus præsens interfuit, sed in laudes Davidis nimius, exponit admodum accurate. Quod præsens, ait ipse in pr. cum refert Ultrajectum astu captum ab Henrico a Zuylen a Nyevelt. *Eramus ipsi tunc*, inquit, *in civitate non sine metu, qui cum tam atrocem & periculosam civitatis captivitatem tam humaniter procedere inspicerimus &c.* Et deinde etiam sub fin. *Immorati aliquantùm forte latius sumus &c. Simul etiam quia tunc nos ejusdem incolæ civitatis omnemque reì seriem plenius agnovimus.* Lexovio postquam pulsus Cæsariensem Archiepiscopum fecit Sixtus Papa, ut dixi jam; verum nominè tantum tenus, cujusmodi Papa creabat multos in partibus infidelium, insignes titulis ecclesiarum, quæ a Barbaris occupatæ, ut dixi *manud. ad jus Canon. lib.* I. *tit.* XI. Pastores sine grege, nec unquam diœcesin, unde dicti & denominati, ad pascendum ingressos. Cur pulsus a Ludovico causam refert Heda eam, quam dixi, *hist. Ultraj. p.* 304. ubi data occasione hoc elogium ejus addit: *Anno*, inquit, XCI. *decessit Trajecti Thomas Basinus Archiepiscopus Cæsariensis, sepultus in choro templi divi Johannis, vir nobilis, ex Gallica*

pro-

provincia Armorica oriundus, magnæ prudentiæ; & in sacris literis apprime eruditus. Jam offert se occasio aliquid de eo disserendi. Hic erat primo Episcopus & Dux Lexoviensis, civitatis Armoricæ, Carolo septimo ejus nominis Gallorum regi percharus, & idcirco Ludovico ejus filio, qui omnes, quos genitor observaverat, summe odiebat, infensus, sive quod prudentiæ suæ, sive potentiæ gentilium suorum Baziniorum invidebat, falso suspicans illum Anglis ac Burgundionibus favere. Ac primum aula ejecit, demum regno expulit, & tyrannico animo, uti erat, facultatibus & ecclesia spoliavit, atque in ejus vicem successive tres Pseudo-episcopos intrusit, persequens jam pulsum, ne abstractus securusque viveret, quocunque locorum sese diverteret, ita ut primum apud Lovanium, postea Treviros, demum Trajecti ad Rhenum exilium sibi deligeret. Et quod longe crudelius est, non contentus hujusmodi furore, partim minis, partim pollicitationibus falsis illum coëgit, ut ecclesiæ renunciaret, servato modico censu arbitrario pro alimentatione. Hoc tamen non contigit, nisi postquam divina ultio fuisset subsecuta. Nam, uti affirmant etiam testes hujus rei superstites, ex tribus Pseudo-episcopis unus sibi mortem conscivit, dejiciens se in puteum, alter similiter dedecorose finivit vitam, tertius item subitaneo periit.

riit. His ferus Rex territus, ut aliquis cum justo titulo ecclesiam acquireret, excogitavit fieri renunciationem, quo apparerent damna & injuriæ reparatæ. Bazinus itaque diu sollicitatus tandem duxit cedendum furori & importunitati, renunciavitque ecclesiæ illi a Sixto Romano Pontifice translatus ad sedem Cæsariensem Archiepiscopalem, reservato annuo censu e Luxoviensi, residuum dierum apud Trajectum in pace finiens, &c.

Quod ad JOANNEM a LEYDIS, is ipse est, qui scripsit Chronicon, & Hollandiæ Comitum res gestas triginta duobus libris, quos primus in lucem edidit Franciscus Sweertius Antverpiensis, qui Annales Egmondanos, quos primus ego evulgavi Ann. 1692. Hujus operis, quod jam prodit, nemo meminit, quod sciam. Nec tamen de Auctore ulla ratio est dubitandi. Ipse enim se statim prodit, nec nomen suum dissimulat. † Trithemius, * Vossius, aliique, Joannem vocant Gerbrandi, & Conventus Carmelitani Harlemensis Priorem, ipse autem simpliciter se Joannem a Leydis, & se humilem vocat fratrem Ordinis Carmelitici. Initio operis non pauca habet, quæ non magni momenti sunt, ut quæ habet de Trojanis, & gentilitiis eorum armis. Deducit ab iis Fran-

** cos

† *In Catal. viror. illustr.* * *lib. 3. de histor. Latin.*

cos vulgari plurium errore, Hollandiæ Comites a Francis, eorum genealogia, sed quæ probatu difficilis, & quæ fide ipsius tantum nixa, a Merovingis deducta. Ab Hollandiæ autem Comitibus arcessit Brederodios. Siphridum statuit ex iis primum, quem Arnulfi ait filium, Arnulfum autem Theodorici, qui secundus ejus nominis. Et sit sic de Sifridonam non est cur dubitem. De Arnulfo, quod Theoderici, præter eum ex vetustioribus, qui idem dicat, occurrit nemo: Baldricus & Sigebertus scriptores vetustissimi Arnulfum ajunt Gandavensem. De Theoderico ne gry quidem. Nec quisquam alius de eo quicquam. Plura ea de re dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 30. Nec necesse est ut hic repetam. De Sifrido postquam dixit, persequitur dein ordine ejusdem descendentes, & quicquid memorabile a Brederodiis olim gestum, perducto rerum ordine usque ad Annum CIↃ.CCCC.LXXXVI. quo Dominium de Brederode obtinebat Walravus Reinoldi secundi filius, undecim annorum puer, cum clauderet diem ultimum ejus pater Reynoldus. Habebat fratrem Reynoldus Gisbertum Præpositum, & mox in locum Diepholdii Electum Ultrajectinum Ann. 1455. Horum autem historiam propter casuum varietatem, & insultantis fortunæ mirabilem in eos impetum tractat multo copiosius. Reynol-

noldum jussu Davidis episcopi Trajectensis, cum ad eum salutandum Dorstadum se contulisset, captum una cum Walravo ait, filio ejus spurio, utrumque in arcem, quæ Dorstadi, in custodiam dein missum, tortum semel iterumque, ac si conjurationis, quamvis de ea nullum indicium satis prægnans, & læsæ majestatis Caroli Burgundi reos. Ait capto Reynoldo etiam fratrem ejus captum, Electum olim Trajectensem, in eandem deductum arcem, & præter omnem æquitatem in custodia ibi habitum ferme integrum adhuc annum, postquam jam Reynoldus, non reperto in eo crimine, jussu Caroli dimissus, & in integrum honoris gradum apud Carolum restitutus. Walravum ait ruptis vinculis, effracto carcere, evasisse, & quemadmodum se receperit, metu tormentorum, quæ identidem repetita, in adversam Leccæ ripam, memorabilis etiam res est. Usus Auctor est inter cetera Archivis etiam Brederodii, & Reynoldi chirographis, a Yolenda Reynoldi conjuge Wilhelmi filia de Lalaingh Hollandiæ Præsidis suppeditatis, ut ipse id diserte & non obscure etiam significat *cap.* 63. *In dese navolgende manier so hebben sy hem gepynt, want die selfde maniere heb ic gelesen in scriften, die hy self mit syn eygen hant achter gelaten heeft.* Acturus de tormentis, quæ excepit Reynoldus, *In dese*

volgende manier, inquit, *so hebben sy hem gepynt, want die selfde maniere heb ic gelesen in schriften, die hy self mit syn eygen hant achter gelaten heeft.* In gratia apud Yolendam; & facilis ei ad eam aditus, ut cujus hortatu & ad scribendum accessit, & postquam scripsit, quicquid scripsit, ei etiam inscripsit. Usus etiam idcirco lingua Belgica non Latina, qua in ceteris usus ab eo editis. Perduxit Chronicon Hollandiæ non ultra Wilhelmum Bavarum Alberti Ducis filium, Annales Egmundanos usque ad Ann. CIↃ. IↃ. XXV. hanc autem historiam usque ad Ann. CIↃ. CCCC. LXXXVII. Inprimis autem id egit, ut domus Brederodiæ originem & antiquissimam & nobilissimam demonstraret, & historiam duorum fratrum, cunctaque, quæ evenerunt iis vel prospera vel adversa, enuclearet exactius. Nec hæc tantum, sed & plura, quæ vel in diœcesi vel alibi evenere, recenset multa cum cura, & quæ habet Anonymus, ut & Thomas Basinus, illustrat, auget, confirmat. Cum de Philippo Burgundo agit, & adventu ejus Hagam, ut eo propior Ultrajecto, præsens metu incusso urbi, terreret æmulum Brederodium, ne opponeret se Davidi filio suo spurio; quem pulso Brederodio, Papæ nixus codicillis, omni ope volebat mitti, ac si necesse esset, etiam armis, in possessionem episcopatus, festum etiam

etiam illud refert, ad quod, quotquot tum erant equites aurei velleris. Hagam evocaverat. Erant autem viginti ſex, vigeſimo ſeptimo Philippo ipſo, a quo & ordo inſtitutus, & qui ejuſdem Decanus. Plura ejuſmodi occurrunt, quæ vix alibi ita extant, ut & illud de pelvi, qua paſſim per plateas ad arma olim concitata plebs, cum Ultrajecti tumultus, *cap.* 53. Tormenta autem quod attinet, per quæ David Reynoldum aſtu captum & Dorſtadi concluſum caſtro interrogavit, & citra ullam juſtam cauſam interrogavit tam acerbe, id nullibi puto extat, ut nec ullibi, quod habet de Reynoldi fratre Gisberto, Electo olim Trajectenſi, qua ratione is a Davide, poſtquam frater ejus captus, captus itidem non repugnans, & avectus Dorſtadum, quadriennium colonus carceris, nec dimiſſus niſi ægre, & poſtquam frater jam obiiſſet, dura admodum ea lege, ut verteret ſolum exul, diœceſi deſerta, & dignitate dimiſſa. Vix eſt, ut ſiquis legat hæc Davidis nimiam non miretur & incuſet ſævitiam, in quam paſſim etiam invectus Auctor, & ad cujus cogitationem erumpit tandem in verba hæc cap. 58. *VVaer is dat verſtiende hert, dat niet met medelyden bewogen wort, alſt hoort, hoe dattet edel Hollants bloet ſonder ſchult lelike gepynicht wort van een baſtaert van Bourgoengnen.*

Etiam legit hæc Bockenbergius, & quamvis diſſimulet nonnulla hinc tranſcripta in ſuam gentis nobiliſſimæ & genealogiam & hiſtoriam congeſſit. Ego ne quid deeſſet ex Archivis Ultrajectinis, & inprimis ex Chartulario majoris eccleſiæ, adjeci multa, ſupplevi, & quæ faciunt ad probationes, & res geſtas tum temporis, multa publica inſtrumenta, quæ, ut ſpes me tenet non dubia, lectu erunt non injucunda. Sed ut operam meam hac in parte prædicem ambitioſius nemo a me expectet. Quiſque æſtimet pro arbitratu bene utrum an male,

Quod

DEDICATIO.

Quod ad vetera TESTAMENTA, ut commendem non necesse est. Ipsa enim, ut puto, se passim prodit utilitas. Patet mirum in modum hinc in testando simplicitas, in Deum religio, in clerum studium insigne, & quam aucta jam in immensum progressu temporis superstitio.

Adjeci, etsi recentiora hæc, nec eum in finem scripta, ut lucem unquam aspiciant, Patris mei PRÆLECTIONUM, quas is habuit Ultrajecti, specimen tantum aliquod. In proprium quamvis usum & Auditorii adornatas, adjeci hic non invitus, ut & otii paterni eo clarius constaret ratio, & delectaret varietas, juris etiam studiosis habituris, si nihil avocet, exercitii materiam. Alia ejusmodi mihi multa, ubi dabit occasio, forsan luci non invidenda, sed si grata hæc & accepta.

Tibi autem Perillustris & Nobilissime Vir, humillime offero quæ dixi omnia, & cum iis etiam me ipsum, contendens id tantum unum, ut & me & hæc studia favoris tui aura complecti non dedigneris. Deus Opt. Max. tibi perpetim benedicat, te gratia sua repleat, defendat, protegat, tueatur, & post tot rerum discrimina, post susceptos pro Republica, pro Academia labores fortiter, serum tandem in cœlum evehat. Ita Deum veneror

Nobilit. & Amplit. Tuæ

Lugd. in Batav.
Idib. August.
CIↃ. IↃC. XCVIII.

Devotissimus

ANTON. MATTHÆUS.

ANNA-

ANNALES RERUM IN HOLLANDIA ET Dioecesi ULTRAJECTINA gestarum

Ann. CIↃ. CCCC. LXXXI. & duobus seqq.

AUCTORE

Incerto, sed accurato, & æquali eorum temporum.

Anno CIↃ. CCCC. LXXXI.

Hoe die oploop gesciede binnen Utrecht.

1. ITem des daghes na sunte Sixtus was die Raet out ende nye op dat huus, om te hooren die antwoort, die die Doemdeken Meyster *Ludolf* van den *Veen*, ende die Vicarius Meyster *Dierick* uytten *Weerd* gebrocht hadden van onsen Genadigen Heer van Utrecht Bisscop *David* van Bourgoengen om voert te scicken tot den Hertoghe van Oestenryck, &c. ende die Raet out ende nye overdroegen op dese tyt eendrachtelyck, uytgeseyt *Jan* van *Lantscroen*, die keerden dat wael een uyr lanck, dat *Scraffert*, ende die Stalbroeders, die op die tyt binnen Utrecht waren, uyt Utrecht gaen souden van dien daghe by der sonnen, ende geen meer aen toe nemen dan by den

Raet

Raet out ende nye. Ende doe dit aldus overdragen was, doe wert dit den Borchgrave van *Montfoert* thoe weten gedaen. Doe ginck die Borchgrave mit *Heynrick* van *Nyenvelt*, ende ontboet voert syn vrunden, die *Leyden* hadden helpen winnen, ende maeckten een vergaderinghe op die *Plaets*, ende die Raet quam van den Huyse tusschen een ende twee uren. Doe stonden daer ontrent L. of LX. man, ende namen *Jacob* van *Amerongen* waer, ende seyden hem, datmen hem dootslaen woude, want hi seer gearbeyt hadde, dat die ballinghen uyt Hollant uyt Utrecht wesen souden, ende dese mannen droegen *Jacop* mit macht door die Buerkerck, ende riepen allegaeder: *Wie rust ende vrede hebben wil, die kome by Jacop van Amerongen met syn harnasch.* Ende sy vergaderden op de Smebrugge, ende doe scickten sy *Jan* van *Amerongen* Jacops broeder mit een deel volx, ende sloegen die Tollensteghe poort op, ende sonden enen Bode om myn Heer van Utrecht, ende *Willem* van *Lochorst* mit een deel Borgers bleven in die poort, ende *Jan* van *Amerongen* quam weder op die brugghe. Ende doe quamen die Proest van Oudemunster *Gerrit Soudenbalch* ende *Jan* die *Coninck*, om of sy yet goets hadden moghen doen tusschen den Borchgrave voersz, ende die Ghemeynt, die daer by *Jacop* waren. Ende doe ginck die Gemeent op die Royenborger brugghe. Ende doe gingen de Proest *Gheryt* ende *Jan* voersz weder op die *Plaets*, ende hem wert mede gegheven, dat sy den Borchgrave seggen souden, dat hi syn hernes uyt doen soude, ende doen also die Raet out ende nye overdragen hadden, of die Gemeynt woude mit

hem

hem vechten. Doe dat die Borchgrave mit den synen hoorden, doe quamen sy van *de Plaes* die *Gaerd* op met dat meeste deel van horen hoep, ende daer was die Borchgrave mede, ende hadde dat banier ontwonden, ende *Hemick* van *Nyenvelt* quam die Lynmerckt op mit een deel Stalbroeders, ende sy brochten twee stellen mede, daer men Hachbussen op setten mocht. Ende doe sy aen de Gaerdbrugge quamen, doe scoten sy mit VIII. of IX. haeckbussen, ende mit veel knipbussen in den hoop, die op die Royenborgher brugge stonden, ende sy wondender veel, also dat dat meeste volck weeck, ende een deel liepen in Sinte Jacops gasthuys, ende een deel in die Goertsteghe, ende die meeste hoop liep na sunte Pouwels brugge, also datter ontrent XIV. of XV. op hem luyden vechten. Mer doe sy om saghen, doe stonden sy daer alleen, ende die meeste hoop was al ewech. Doe liepen sy al na die Nystraet, ende stonden daer op den hoeck een luttel tyts, ende riepen, *Ter Plaetse. Laet ons lopen.* Ende doe dat hoorde die Borchgrave, doe riep hy, *Laet ons weer aen die Plaets loopen*, ende hy liep voer, ende syn vrienden volgeden hem na. *Gheryt* uyten *Leen* wert dootgeslagen in die Goortsteghe, ende *Jan Peterse*, ende *Beernan* werden dootgeslagen in die Roeyenborgher steghe, ende *Beernt* des Scouten knecht, ende *Ryck Gysberts* worden op die brugghe gescoten, daer sy daer na aen storven. Ende terwylen dat die Borchgrave ter Plaetswaert liep, so liepen veel goeder borgher tot die Tollensteghe poert waert, ende meenden die in tho nemen; mer daer en was niet, daer mense mede houden mocht. Also liep daer een deel

na *Wyck*, ende een deel na *Vyanen*. Ende doe sy verby *Werckboven* waren, doe quam Meyster *Symon* van der *Sculenburch* mit XI. of XII. peerden, ende had die vorwaerd in, ende myn Heer volgede na mit die van *Wyck*, ende was tot *Koten* toe ghecomen, ende daer quamen die Borgers van Utrecht by syn Genaden, ende die seyden, hoe dat daer gevaren was. Doe tooch myn Heer mit die Borgers tot Wyck weder.

Dit waren die Overste in der tyt.

II. *Jan* van *Lanscroen* Scepen-Borghermeyster, *Roelof* van *Nyenvelt*, Raet-Borghermeyster, *Jacop* van *Amerongen*, *Herman* van *Zyl*, overste Oudermans.

Dit syn die geen, die by Heer Jan Borchgrave van Montfoert waren op die Plaets, ende voort mit hem hielden.

Jan van *Lanscroen*, *Steven* van *Zulen*, *Egbert* van *Grunenberch*, *Beernt* van *Everdingen*, *Aernt Ruus*, *Gheryt Zoudenbalch*, *Jan* de *Coninck*, *Jan* van *Mas*, mit hoer vrunden, die sy mede brachten, ende alle den genen, die * Leyden hadden helpen winnen, ende *Henric* ende *Gheryt* van *Nyenvelt* gebroeders, *Steven* van *Nyenvelt*, ende XLVI. Stalbroeders, *Jacop* en *Jan* van *Amerongen* gebroeders, *Derick Bor* van *Amerongben*, *Henric* van *Gent*, *Jan* van *Veen*, *Frederic* van *Voerd*, *Henrick* van *Voerd*, *Gheryt* van *Ryn Geryts* soen, *Geryt* van *Ryn Soude* soen, *Geryt* uten *Leen*, ende *Hector* syn soen, *Willem*, *Tymen*, Jonghe *Jan Knyf* gebroeders, *Jan* van den *Berch*, *Hector Knoep*, *Jan Butendyck*, *Steven* van der *Sevender*, *Gheryt Mont*, *Coert* die *Gruter*,

* Vid. Th. Basini infr. pr.

Werner

Werner Braem ende syn soen, *Jan* van *Raephorst*, *Gysbert* van *Langeraeck*, ende meer ander goeder borgers, die ic al niet en noem om kortheyt te scryven.

Van des Bisscops reyse na den Hertoch van Oostenryck.

III. Item die Hertoch van Oestenryck was in die *Veluwe* jaghen, ende myn Heer van Utrecht reysde des Saterdaghes na sunte Sixtus dach tot den Hertoghe voersz om syn Genade tho kennen te geven, hoe dat die Borchgrave syn vrienden uyt Utrecht gejaecht hadde, om dat sy den Hertoghe geern onderdanicheyt bewesen hadden na inhout des Soenbriefs, die voertyts gemaect is tusschen Hertoge *Philips* ende Bisscop *Roelof* saliger gedachten, ende die Hertoghe seyde myn Heer van Utrecht toe, dat hy een syde kiesen mocht van stonden aen. Myn Heer van Utrecht bad den Hertoghe, dat syn Genade acht dagen syn beraet gheven woude. Doe seyde die Hertoghe; *Neen ghy moet u antwoort terstont gheven.* Doe dat myn Heer van Utrecht hoorden, dat dat wesen moest, doe seyde hy, dat hy by syn Vorstlycke Genade blyven woude, ende myn Heer van Utrecht nam oorlof aen den Hertoghe, ende reysden weder na Wyck, ende quam des Sonnendages des avonts tot Wyck.

Hoe die Biscop die drie Staten screeff.

IV. Item myn Heer van Utrecht screeff die Clersy, ende die Ridderscap, ende Amersfoert, ende Ryenen, ende die Stadt van Utrecht niet, want hy hield die gheen voor die Stadt van Utrecht, die daer uyt verdreven waren. Doe liet myn Heer se al by

hem komen, ende gaf hem daer to kennen, hoe hy by den Hertoghe geweest hadde, ende seyde hem, hoe hy mit den Hertoghe gevaren had, alst voersz staet, ende seyde een ygelick, dat sy een syde kiessen moesten, of sy by den Hertoghe ende by myn Heer van Utrecht blyven wouden, of by den Borchgrave van Montfoerd, ende by die gheen, die binnen Utrecht waren, die voergenoemt syn. Daer die Gedeputeerden van der Clesy weghen op antwoerden, een yghelyck voor syn hooft, dat sy by myn Heer blyven wouden. Met sy seyden, dat sy dit hoet Capittel tho kennen wouden geven, ende komen weder, ende segghen myn Heer een antwoort, als sy deden, ende seyden, myn Heer, dat hoer Capittel ende die heel Clesye by myn Heer blyven wouden. Ende dese nabescreven persoenen waren van der Clesy gedeputeert, Meyster *Ludolf* van den *Veen*, Domdeken tot Utrecht, Heer *Evert Zoudenbalch*, ende Heer *Jan* van *Drakenborch*, Meyster *Dirck* wten *Weerdt* Deken tot Oudemunster, ende Meyster *Jan Knyf*, Heer *Herman* van *Ryn*, Deken sunte Peter, Meysters *Vrederick Vermeer*, ende Heer *Wynant* van *Doernick*, Heer *Jan* van *Vianen*, Deken sunte Jans, Heer *Jan* van *Wy*, Heer *Jacop* van *Driebergben*, Meyster *Hubert* van *Bothont*, ende Heer *Clays Pot* van sunte Marien.

Item alle die Ridderscap gaven myn Heer ter antwoort, dat sy by syn Genade blyven wouden; ende myn Heer hietse alle scriven by naem ende toenaem.

Item die Borgers, die uyt Utrecht verdreven waren, die gaven myn Heer ter antwoorde, dat sy by myn Heer blyven wouden.

Item

Item die van *Amersfoort* gaven myn Heer ter antwoert, dat sy te huys trecken wouden, ende gevent hoer vrienden te kennen, want sy des niet machtich en waren over te gheven, ende sy togen te huys, ende quamen niet weder.

Item die van *Reynen* gaven myn Heer ter antwoert, dat sy by syn Genade blyven wouden, ende gheerden, dat myn Heer hoer bescermen woude.

V. Item doe myn Heer van alle dese voersz die antwoert hadde, doe nam by Ruters aen tho peerde, ende tho voet, ende myn Heer van Yselsteyn die quam tot Wyck, ende bracht mit hem omtrent twee hondert peerden, ende myn Heer van Utrecht nam aen vier Quartiermeysters, mit namen een geheten *Speys*, ende was by den Hertoghe, ende een geheten *Derc* van *Neel*, ende een geheten *Kuper*, ende een geheten *Jan* van den *Bos*, ende dese vier hadden vyf hondert * Stalbroeders onder hem.

* Milites sunt conductitii, ejusdem numeri, legionis, ejusdem quasi stalli, seu stabuli, inquilini. Vid. Kilian.

Item doe myn Heer al dit vremde volk by hem hadde, doe ontbood myn Heer een deel van die Ridderscap, ende alle die ballingen van Utrecht, ende gaf hem daer te kennen, dat hy voor Utrecht trecken woude, ende eyschen syn Stat, om daer binnen te wesen mit syne vrienden, ende seyde mede; Waert sake, dat sy 't hem weygerden, so had hy te meer reden op die geen, die hem syn Stat onthielden.

Item myn Heer liet die clock slaen in dat lant, ende liet gebieden, dat sy mit hoer waghenen binnen *Wyck* comen souden, en oock mit hoer hernes, ende volgen myn Heer.

VI. Item des Saterdaghes na onser Vrouwen *assumptio* tooch myn Heer van Wyck mit myn Heer van Yselsteyn, ende had omtrent twee hondert ende LXXV. peerden, ende vyf hondert te voet aen Stalbroeders, ende cc. van Wyck, ende hondert borgers, die van Utrecht verdreven waren, ende een deel van die Ridderscap, mit namen Jonker *Jan* van *Bouchout*, ende syn soen, Heer *Jan* van *Rennes* van *Baer*, *Jan* van *Sulen*, *Melis* uten Enge en syn soen, ende die Ridderscap waren omtrent vyftich sterck, ende voert aen lant volck, dat myn Heer te samen by een hadde omtrent twee dusent man, ende sy quamen des avonts tot Seyst, ende bleven daer die nacht, ende des Manendachs tooch myn Heer met dat volk tot *Vroucloofter*, ende bleef daar hent des Donredaghes toe, ende myn Heer sende *Gherlof* die Pander mit enen brieff aen die Stad van Utrecht, ende die brieff hilt in, dat hy syn Stad eysten, ende dat sy hem goede ondersaten wesen wouden, hy soude hem een goet Heer wesen mit meer woorden, die ic al niet onthouden en heb. Mer die brief wert verborghen, ende niet weder op geantwoort. Aldus tooch myn Heer des Donredaghes na den eten weder na Wyck.

VII. Item die drie Steden van Overyssel sonden hoere Raets vrienden, terwile dat myn Heer tot Vrouwen-clooster lach, om of sy wat goets hadden mogen doen tusschen myn Heer, ende die geen, die binnen Utrecht waren, ende sy reysden over ende weder over, maer sy verloren al hoer cost ende arbeyt.

VIII. Item die Heer van *Yselsteyn*, mit syn hulpers

pers waren viant Heer *Jan* Borchgrave tot Montfoerde, Heer tot Purmereynde, ende ter Linscoten &c. ende *Henrick* van *Nyenvelt* mit die rebel Borger binnen Utrecht waren, ende waren tegens hoeren Lantsheer *David* van Bourgoengen Bisscop tot Utrecht. Ende dese brief brochten die Ruters van Yselsteyn des Manendaghes na onser Vrou *assumptio*, toe sy die Steen oven bernden buten Tollensteghe, ende *Ot* die moelenaers wyff bracht desen brief aen die poort, ende die Ruters namen op dese selve tyt alle die beest, die tussen den *Ryn* ende *Galecoop* waren, ende dreven se mede tot Yselsteyn. Ende *Lambert Myllinek* was die Ritmeester tot Yselsteyn.

Item des Dynsdages daer na quamen die van Yselsteyn, en bernden negen of tien Kameren buten sunte Katrinen poort, ende hoerden *Henric* van *Gent* toe.

IX. Item des Woensdaghs daer na togen die van Utrecht int lant van Yselsteyn, ende bernden daer twee huusse, ende die Ruters van Yselsteyn traden tot hem uyt, ende hielden mit hem scutgeveerde, dat daer XIII. of XIV. van Utrecht seer gewont waren, ende V. of VI. van Yselsteyn ook seer gewont waert, ende die van Utrecht togen wederom in die Stat, ende dese twee voersz branden scieden, terwylen dat myn Heer tot Vrouwen-clooster lach.

X. Item die Bisscop liet alle die panders op die dorpen de clock slaen, also dat alle die buer aen die kerck quamen, ende daer wert een mandament getoont, ende dat hilt in, dat die Bisscop liet verbieden een ygelyck op syn lyf, ende op syn goet,

dat niemant provande tot Utrecht brenghen en soude.

XI. Item die oude Overste, ende die twee ny Overste, als *Jan* van *Lanscroon*, ende *Herman* van *Zyl*, setten *Beernt* van *Everdingen* Borghemeyster to wesen in *Roelofs* stede van *Nyenvelt*, ende setten *Ansem Sullem* Overste Ouderman tho wesen in *Jacops* stede van *Amerongen*, ende die banclok waert geluit, op desen selven tyt; ende *Beernt* ende *Ansem* lagen ter clocken als Overste, ende *Ansem* ginck op desen dach des namiddaghes uyt Utrecht, ende ginck op *Gerit Jansen* kamer by *Maersen*. Ende doe dat die Overste vernomen hadden, dat *Ansem* ewech was, doe scicten sy tot hem wtten Rade, ende lieten hem vrientlyck bidden, dat hy weder in comen woude, ende besitten synen stoel, mit meer ander woerden. Daer *Ansem* op antwoorde, dat hy niet in comen en woude, ende besitten die stede, daer *Jacob* van *Amerongen* uytgegaen waer, mit meer ander woorden. Ende die Geschikte toghen weder na Utrecht, ende *Ansem* reysden na Vianen, ende bleeff daer. Doe setten die Overste voersz. *Matenes Corvoet* in *Jacops* stede van Amerongen, ende hy bleeff tot Lichtmis toe.

XII. Item omtrent des Heyligen Cruusdach worden alle die rike weduwe voer die Overste geboden in de Scepen camer, die van hore gunst niet waren. Ende doe sy quamen, doe wert hem geseyt, dat sy die Stat wat gelts lenen mosten, die een min, die ander meer, daer na dat sy ryck waren, ende die Overste kregen veel gelts van die weduwen, ende hem worde weder brieff gegheven met der Stat

Stat segel, ende *Beerns* van *Everdinghen* boerden dit gelt, ende wanneer hy uyt was so boerdent syn deern, daer hy bi sat in ouechten. Aldus was die kat die keese bevolen, ende veel borgers, die van hoere goenst niet en waren, moesten oock gelt lenen.

XIII. Item doe dit gelt voersz. ewech was, doe wert enen raet gevonden, dat men die cloosteren aenspreken soude, dat sy die Stat oock wat lenen souden, als men dede, ende *Gherit Zoudenbalch* die was die ghene, die dit uytgeset had, als ic verstaen hebbe, ende sprac die een voer ende die ander nae, also dat hy geen goede antwoort en kreech, sonderlinghe vant clooster te *Bruemdolen*, ende sinte Cecilien, also dat die Oversten ende *Gherit Zoudenbalch* die Cloosteren toe lieten sluyten van buten, also dat daer niemant uyt noch in en mocht, also dat dit die Ecclesy verdroot, ende seyden die Oversten, dat dat also niet en behoerde, dat men die Cloosteren also toesluten soude, mit meer woorden. Mitten kortsten die Cloosteren die worden weder opgedaen, mer of sy gelt leenden of niet, dat en weet ic niet.

XIV. Item omtrent sunte Lambert vonden die Oversten mit die ghene, die 't regiment hadden binnen Utrecht enen raet om gelt te krigen, ende dat ginc aldus toe. Sy setten acht of negen hondert borgers in 't scrift by namen ende toenamen, ende seyden hem dat sy die Stat van Utrecht een pont groot lenen souden, elks bysonder, VI. weken lanck, ende so soudemen hem hoer gelt weder gheven, ende waert sake, dat men hoer 't gelt t' eynden

den den VI. weken niet weder en gave, so soude die ghene, die dat pont groot gelevert hadden, dienstvri wesen, dat hem niet gehouden en wert. Want sy moesten naer die tyt alle dienst doen, of sy niet geleent en hadden. Ende men seyde, dat daer omtrent ses hondert Borgers waren, die elcx een pont groot leenden. Ende *Wernaer Braem* ende *Splinter Taets* buerden dat gelt op van weghen der Stadt van Utrecht, ende *Gheryt Zoudenbalch*, *Beernt* van *Everdinghen*, *Jan* van *Over de Vecht*, ende *Timan Isbrantsoen* die goutsmit, die namen dat gelt voersz mede, doe sy togen tot den Hertoghe van Ostenryck, ende maecten mit dat gelt een deel vrienden in den Hove van Oestenryck, also men seyde.

XV. Dese naebescreven personen ginghen uyt der Stat van Utrecht op den dach, dat die oploep scieden, ende binnen XIV. daghen daerna. In den eersten die oude *Jan* van *Renes* Heer Jans soen, Heer *Jan* van *Renes* Ridder, *Jan* van *Renes* van *Baer*, *Jan* van *Renes* van *Wulffelen*, *Erst* van *Drakenborch*, *Roelof* van *Nyenvelt*, *Floris* van *Pallaes*, *Jan* van *Veen*, *Jacop* van *Over de Vecht*, *Willam* van *Stenrode*, *Henrick* van *Gent*, *Dirck Bor* van *Amerongen*, *Jan*, *Tonis* van *Amerongen* gebroeders, *Jacop* en *Jan* van *Amerongen* gebroeders, *Jan*, *Erst*, *Willam* van *Amerongen* gebroeders, *Godtscalck*, *Willem* van *Winsen* gebroeders, *Gherit* van *Ryn Gheritsen*, *Beernt Proeys Aelberts* soen, *Vrederick* van *Voerd*, *Henric* van *Voerd*, *Loef* van *Jutfaes*, *Jan* van *Raepborst*, *Erst* van *Lichtenberch*, *Alfer*, *Jacop Ruus* gebroeders, *Gysbert* van *Nyenrode*, *Dirck* van *Zulen* Zweers soen, *Ecter* uten *Leen*, *Ecter Knoep*, *Henric*

ende

ende *Henric* van *Lewenberch* gebroeders, *Coert*, *Roelof* die Gruters gebroeders, *Beernt*, *Jan Brous* gebroeders, *Henrick*, *Claes Roeck* gebroeders, *Steven* van *Sevender*, *Henric* van *Alendorp*; *Jan* van der *Borch* ende syn soen, *Peter Pot*, *Pauwels* van *Malssen*, ende syn soen, *Lambert Foeyt*, *Dirc*, *Willem* van der *Kerck* gebroeders, *Jacop Sem*, *Volcken Janssen*, *Gerit Janssen*, *Ansem Sallem*, *Evert* van *Scaeyck*, *Willem* van *Scaeyck*, *Jan Dedel*, *Timan Del*, *Willam de Vos* de Jonge, *Aelbert Sas*, *Henric* van *Apcoude*, *Adriaen* van *Apcoude*, *Gysbert* vander *Haer*, *Maes VVillemse*, *Aernt* de *Grave*, *Aelbert* die *Vos* Jans soen, *Loyeb*, *Bruem de VVael* gebroeders, *Aernt* van *Maern*, *Elias* van *Oerd*, *Baltasar Nywael*, *Brovis Geritsen*, *Joost Dircksen* uten *VVeerde*, *Lubbert Snoeck*, *Adam* van *Hove*, *Merten Jacops* soen, *VVouter* de *Jonghe*, ende *Hermen Symssoen*, *Herman* de *Gruter*, *Gysbert* van *Langeraeck*, *Jan Knyf* gebroeders, ende noch veel meer goeder borgher, die ic niet en noem om kortheyt te scriven, ende veel van dese voersz personen waren in den Raet out of ny, ende sy namen weder in die stede, die hem genoegde.

Item *Erst* van *Drakenburch* ende *Beernt Proeys* Aelberts soen waren Borgermeysters van den ouden Raet, ende *Jan* van *Over de Vecht* ende *Steven* van *Zulen* waren Overste Oudermans.

XVI. Item die Burchgrave, ende die Overste, mit die geen, die dat regiment hadden binnen Utrecht op dese tyt, die senden om Ruters te peerde ende te voet, mit namen aen * *Vincentius* van *Zwanenburch*, ende aen *VVillem* van *VVachtendonck*, ende aen *Jan* van *Mid-*

* Ex Vincentio hoc descendit

Cornelius van Swanenborch Professor juris Leidæ Ann. 1591. & deinceps. ibidem etiam natus Ann. 1574. S. van Leeuwen *descript. urb. Leyd.* p. 186.

Middachten, dat dese ruter krygen souden ende brenghense tot Utrecht, als sy deden, mer sy namen eerst segel ende brieve van die Stat van Utrecht, wat sy daer of hebben souden, ende waert of die ruters neer laghen of gevanghen worden, ende wat elck peert ter maent hebben soude voor haer soudy, dat wouden dese drie personen weten, eer sy binnen Utrecht quamen. Ende doe si dat wisten, doe quamen sy binnen Utrecht, ende brochten se mede dese nabescreven peerden. Item *Vincentius* bracht omtrent XLIIII, peerden, ende wert Ritmeister van die Stat van Utrecht. Item *VVillem* van *VVachtendonck* bracht XVIII, peerden, ende wert Ritmeester van die Stat van Amersfoerde. Item *Jan* van *Middachten* bracht omtrent X. of XII, peerden, ende wert Ritmeester van Montfoerde. Item die van Utrecht namen al daghe meer ruters aen tho peerde ende tho voet.

XVII. Item doe *Jan* van *Middachten* enen dach toe Montfoerd geweest hadde, des anderen daghes sprack hy met die borghers van Montfoerde, ende met die voetknecht die daer laghen, dat hy een reyse doen woude voer Yselsteyn, ende besoecken, of hi daer gewin krigen mochte, of sy mede wouden. Daer sy op antwoorden, Ja se, ende sy toghen uyt. Ende vyf of ses gesellen to peerde van Yselsteyn hilden van wanseeychten omtrent Montfoerd, ende sagen die van Montfoerd uyt komen, ende sy senden reukeloes tot *Lambert Millinck*, ende seyden hem, wat sy gesien hadden. Ende *Lambert* liet die Ruyters tho peerde ende tho voet, die binnen Yselsteyn waren hem rede maken, ende toech tot hem uyt, ende

ende mangelde daer mede, ende vinghen *Jan van Middachten* mit XI. Ruters ende VII, Burgers van Montfoerd, daer *VVillem Trant* ende *Ghys Sweersfsen* mede was.

Item die van Yselsteyn togen int lant van Montfoerde, ende bernden al die huysen, die daer stonden, dat daer niet en bleeff.

XVIII. Item die Ruyters van Utrecht ende een deel burgers ende die van Montfoert togen int lant van Yselsteyn ende berndeu daer veel huysen, ende bernden in Benscop omtrent LXX. huysen. Ende die van Yselstein, toghen uyt, ende hilden scoutgeveerde mit die van Utrecht, also dat daer een deel huysen in Benscop bleven staen, ende een ygelick toech weder te huyswaert. Item die van Yselsteyn deden veel schade int Sticht van Utrecht, dat al tho veel te scriven waer.

Hoe die van Utrecht voor die Ham toghen.

XIX. Item die van Utrecht namen hoer bussen ende hoer scermen mede, ende toghen na den *Ham* om die tho winnen, mer *Frederick* uyt den *Ham* en was daer niet op, mer hi had daer drie broeders op, mit namen *Jan*, *Geryt*, ende *VVouter*. Ende doe die van Utrecht voer den *Ham* quamen, ende eysschent van wegen der Stat van Utrecht, doe gaven die geen op, die daer op laghen sonder slach ende sonder stoet, ende sy ginghen dair af, behoudelick hoer lyf ende hoer goet, ende die van Utrecht hildent in, ende setten daer op een goet man, die syn naem was *Jan* van *Alffen* mit meer ander gesellen, ende hildent in omtrent tien of elf weken, ende doe spolieerdent, ende slakent aen, ende berndent.

Item

Item op den selven dach dat den *Ham* opgegeven wert, doe gaf *Gysbert* van *Zulen* syn huys tot *Hermelen* ook op, ende tooch binnen Utrecht, ende die van Utrecht hielden oock dit huys in.

XX. Item *Dirck* van *Zuylen* seyde, dat hy syn huys selve bewaren woude tot behoef der Stadt van Utrecht, ende hy tooch oock binnen Utrecht. *Dirck* van *Zulen* ende *Gysbert* syn broeder hadden geweest by myn Heer van Utrecht, doe myn Heer van Utrecht al die Ridderschap gescreven had, als voorsz staet, ende hadden alle beyde myn Heer toegeseyt, dat sy by syn Genade blyven wouden. Mer dat was nu al vergeten, ende hadden veel regiments daer na binnen Utrecht.

tierden daer van allen gebreken, die hoer in dit oerloge gesciet waren, ende noch geschien mochten, die al te lanck te scryven waren. Onder al so wert des Bisscobs Raet gevraget, wat wisheyt, dat die Bisscop doen woude den ghenen, die hem gestelt hebben in dat oorloghe tegen hem. Daer antwoorden des Bisscops Raden op, daer soude men hem alsulcke wyssheyt voer doen, als die drie Staten van desen lande ofte Sticht, ende die drie Steden van Overysel goet docht wesen, ende genoech docht wesen mit meer woerden. Mer int sluten so wouden die Cleefsche noch die van Utrecht niet aen de vrede, ten waer dat die Bisscop voersz die vyf punten voersz overgheven woude. Doe seyden des Bisscops vrienden, *Doe ghy dit in uwen sin had, so hadt ghy u selven wel onghemueyt moghen laten, ende ons diergelycken.* Ende sy sceyden mit onvreenscap van een, ende een yghelyck tooch weder toe huys. Mer hadden die van Utrecht vrede willen hebben, sy souden em wel gekregen hebben, mer sy waren mitten Hertoch van Cleve verbonden, so en mochten sy buten den Hertoch niet doen. Ende oock so en wouden die ghene, die dat regiment hadden binnen Utrecht, aen den vrede niet. Want sy seyden, men en soude hem gheen geloye houden, hoe veel seghelen ende brieve daer of gegheven worden.

Hoe die kerck tot Linschoten verbrant wert.

CXXX. Item op Alreheyligen avont so hebben omtrent XXXVIII. knechten van *Montfoerd* toeghetast in Hollant omtrent Oudewater, ende hebben daer ghenomen enen groeten roef van peerden ende hoernbeesten, ende hadden oock omtrent XXV.

of xxx. Lantluden gevangen. Ende die ruters ende Burgers van *Oudewater* hebben die knechten van *Montfoerd* vervolghet, ende hebben daer mede ghemangelt, alſo dat daer xII. van *Montfoert* dootgeſlagen wert, ende die ander worden vluchtich, ende liepen in die kerck tot *Linſchoten*, ende die van *Oudewater* vervolghedenſe, ende ſtaken die kerck aen, ende brandenſe, alſo dat ſy uit die kerck rumen moſten, Ende ſy worden al gevanghen ende geſlagen, alſo dat daer niemant van die knechten van *Montfoerd* ontquamen. Ende die van *Oudewater* namen den roef ende gevanghen mede, ende toghen wederom te huys.

Item op ſunte Willeboerts avont ſterf Jan de Coninck, ende was Schepen-burghermeyſter tot Utrecht, daer die Burchgrave ven Montfoert voerſz veel aen verloes, want hy was een wys ende een ſtout jonck man, ende die ballingen die verdreven waren, die was hy ſeer hart.

CXXXI. Item op ſunte Lebuyns dach na ſunte Martyns dach in den wynter daerna ſo heeft die nye Raet eendrachteliken behalven vier ſtemmen verkoren tot eenen Borgermeyſter in *Jan* de *Conincks* ſtede *Aernt Ram*, mer die Borchgrave van *Montfoerd* mit ſynen vrienden en warens niet te vreden, want ſy waren al in hernas, te weten in den eerſten die *Burchgrave* van *Montfoerd* voergenoemt, *Heynric* van *Nyevelt*, *Jan* van *Nyevelt*, *Jan* van *Lantſcroen*, *Jan Wouman*, *Jan* van *Maſtche*, *Gheryt Zoudenbalch*, ende meer anderen, die ic laet ongeſcreven, om de kortheyt wil, Ende die Borchgrave voerſz mit deſe perſonen voergenoemt

gin-

ghinghen tot den Joncker van *Cleve*, ende seyden hem, dat sy mit *Aernt Ram* niet te vreden en waren, dan sy wouden *Jan Wouman* hebben in *Jan de Coninck's* stede, mit meer woerden, alsso dat die Joncker voersz antwoerde, *Hy waer daer wel mede te vreden, alsoe die Raet gekoren hadden.* Doe die Borchgrave voergenoemt mitten sinen dat hoerden, doe namen sy oorlof van den Joncker van *Cleve* voergenoemt, ende ginghen weder te huus, ende *Aernt Ram* bleef Scepen Borgemeyster.

CXXXII. Item op den xxI. dach in April anno LXXXIII. ende was op enen Manendach, was binnen Utrecht een Capittel geleyt in den Doem, om te spreken van vrede te maken, ende daer waren int kleyn Capittelhuus den Borchgrave van Montfoort, ende anders die dat regimenr binnen Utrecht hadden. Ende als sy vergadert waren als voersz is, soo quamen sommige Borgers, die't verdroot dat dit oorloch aldus lange duerde, want menighe dachvaerden gehouden hadden, ende dat daer niet af en quam. Ende die Burgers maecten een vergaderinghe in die Doemkerck van xx. of xxv. man, ende een van hem luden sloet dat Capittelhuys van buten toe, alsso dat daer niemant uytcomen en mocht, ende sy riepen, *Vrede, Vrede, so wie vrede hebben wil, die comen aen die Plaets.* Ende die ruters, te weten, die voetknechten waren te *Breuckelen* om hout gesent, daer men mede bolwercken soude, ende *Loef* van *Pallaes* was hoer Capeteyn, mer die reysiger waren noch binnen, ende die waren som aen die *Plaets.* Ende doe die Borgers aldus aen die *Plaets* quamen, doe quamen

die reysige ruters uyt haer herbergen lopen, ende boden weer. Mer die Borgers waren hem te sterck, dat sy hem hoer weren namen, ende sekerden se in hoer herbergen te bliven. Ende ter wilen dat sy aldus die *Plaets* in namen, so wert dat Capittelhuys opgeslagen, ende die Burchgrave van Montfoert, ende die Overste. die dat regiment hadden, quamen daer uyt, ende sy wouden oock aen die *Plaets* lopen, mer sy worden gevanghen, die *Burchgrave* van *Montfoert*, *Gheryt Zoudenbalch*, *Adriaen* van *Ryn* Borgermeyster, *Cornelis Foeck*, *Jan* van *Lantscroen*, *Adriaen* van *Eynspeck*, ende *Jan* van *Nievelt*, *Dirck* van *Sulen* outste soen. Ende over drie of vier daghen wort oock gevanghen *Jan VVouman* ende *VVillam* syn soen. Ende daer wert oock gevangen *Heyn* de *Lege*, ende *Heynric* van *Mas* de tripmaker, die wert gewont. Dit aldus gesciet wesende so hebben dese Borgers behulp gesocht aen die Clesy, ende die syn hem te bate ghecomen, ende hebben haestelic enen bode ghesent aen den Bisscop tot *VVyck*, hem seggende, dat die Borgers die *Plaets* in hebben, ende die *Burchgrave* van *Montfoert*, *Gheryt Zoudenbalch*, ende *Henrick* van *Zulen*, ende meer ander, die't regiment hadden, gevanghen. Ende dese bode quam tot *VVyck* omtrent ten een uren na den middaghe. Ende terstont sende die Bisscop twee van synen Dienres als *Geryt Korsgen* syn Kamerlinc ende *Aernt Scut* tot *Culenburch* te peerde tot die ballingen, die daer lagen; dat sy hem rede maken souden, ende comen terstont tot *VVerckhoven*, daer soude die Bisscop comen, ende also te samen binnen Utrecht

rey-

reysen. Ende als dese boden tot *Culenburch* waren, doe quam noch tot *VVyck* die Commelduer van sunte Katerinen, ende brocht oock dese selve bootscap tot *VVyck* aen den Bisscop, dat hi van stonden aen tot Utrecht comen soude, die Borgers ende syn vrienden hadden die *Plaets* in. Ende doe quam noch *Eerst* van *Drakenburch*, ende *Aernt Ram*, die een out Borgermeyster was in *Jan de Conincks* stede, ende doe quamen noch die Domdeken, ende die Deken van sunte Marien. Ende dese brochten oock dese bootscap, als voorsz is, alsο dat die Bisscop hem rede maecte, ende reysde doe na Utrecht wert, ende tot *Werckhoven* vant hy die ballinghen, die tot *Culenburch* gelegen hadden, alse *Jan* van *Renes* Heren Jans soen, ende *Jan* van *Renes* van *Wulven* syn soen, *Heynric* van *Gent*, *Gheryt* van *Ryn Gherytssen*, *Dirc Bor* van *Amerongen*, ende voert tot xx. personen toe, die verdreven waren, ende sy hadden gebeden omtrent xx. goeder gesellen van die Borgers van *Culenburch*, die hem veylighen souden, also dat sy sterck waren mit die Lantluden, die oock tot *Culenburch* laghen, omtrent vyftich man. Ende die Bisscop had mit hem syn daghelix huysgesin, ende die Borgers van *Wyck*, ende een deel van die ballingen, die van *Amerssfoert* verdreven waren, alse *Jacob* van *Biler*, ende *Willam* syn soon, *Lumen Reyers* soen, *Jacob Dolre*, ende meer andere, also dat die Bisscop te samen sterck was omtrent drie hondert man te voet, ende xxxv. te peerde, ende quam des avonts omtrent x. uren binnen Utrecht. Ende doe hi voer die poert quam, doe was die poert gesloten, ende daer vergaderde al dat volck

volck by den Bisscop voer die poert, ende daer quam doe *Jan Butendyck*, *Ysbrant Janssoen*, ende *Meeus* van *Wede*, ende seyden, dat die ballingen die en souden niet incomen, sy en souden eerst oervede doen, dat sy om hoer uyt wesen, dat sy uyt geweest hadden, niemant misdoen, noch doen doen en souden, als dat die Raet overdragen had, eer sy in comen mochten. Ende daer namen Ysbrant ende Meeus voersz enen eet van alle die ballingen, die daer waren van *Utrecht*. Mer die ballingen van *Amersfoert* en deden geen oervede. Ende die daer doen niet en waren, daer loefde die Bisscop voer, dat sy oervede doen souden, eer sy oock in comen souden, alst gesciede. Ende doe dit gedaen was, doe wert die poert, te weten die Tollestege poert, die aen die Oestsyde van der graft staet op gedaen, ende die Bisscop reet in mit syn vrienden, ende wert eerliken ontfangen. Ende alle dat volck int gemeen beerden of hem seer lief had geweest, ende et was nacht ende duister, alsso dat alle die luden voer hoer doeren stonden mit bernende keerssen, ende syn mit toortsen ende lichten den Bisscop ende die mit hem quamen gevolcht. Ende die Bisscop reet op die *Plaets*, ende van daer voert op syn Hof, ende een yghelick ginck doe, daer hy woude, ende daer hi plecht te wonen. Ende daer na quamen voert vast in die ander ballinge, die oock uyt waren, ende tot *Gorcum* ende anders waer lagen, als *Jan* van *Veen*, *Heyman* de *Gruter*, *Roelof* de *Gruter*, *Gheryt Knyff*, *Jan* syn broeder, *Aernt* van der *Maern*; ende anders veel goeder mannen, ende sy deden oervede als voersz is, eer sy in comen mochten.

EX

EX

THOMÆ BASINI

Archiepiſcopi Cæſarienſis

HISTORIA GALLICA

EXCERPTUM,

Continens res geſtas in Hollandia & diœceſi Ultraj.

Ann. CIƆ. CCCC. LXXIII. & duob. ſeqq.

VIRO NOBILISSIMO
Generis ſplendore & vetuſtate
EXCELLENTI
THEODORICO JOANNI
ALBERTO de RIDDER
VAN GROENESTEYN,
BARONI de KESSENICH, de RIENESTEYN, de ANDELST, &c.

Bene agere, ac lætari, & terrena deſpicere.

NOBILISSIME VIR

REdit tandem ad te, quod ex ſchedis viri doctiſſimi Gisberti Lappii à Waveren, quas is moriens parenti tuo viro Nobiliſſimo teſtamento reliquit, à te hactenus aſſervatum mecum ultro communicaſti. Ego poſtquam legiſſem, etſi nonnihil mutilum, velut raptum ex incendio, abjecta omni mora, & deſcripſi mea manu, & quod aſpiceret tandem lucem, quum contineat non pauca Ultrajecti olim acta, cum Maximilianus Imperator cinxiſſet urbem obſidione, & quæ alibi quæras fruſtra, non indignum exiſtimavi. Tibi autem Nobiliſſime & Præſtantiſſime Vir, qui & ipſe es eruditus, literaſque & li-
tera-

teratos singulari æstimas affectu, quicquid id tandem est, deberi totum sum arbitratus. Et ratio amicitiæ similitudine studiorum jam olim inter nos initæ, & quam mutuis inter nos officiis servavimus hactenus illibatam, jure id visa est flagitasse. Deus Opt. Max. in cujus manu est universum hoc, illustrem tuam Nobilitatem, & universam familiam protegat, tueatur, & potenti sua dextra diu servet incolumem. Vale Perillustris & Nobilissime Vir, & devotam tibi tabellam hanc, nominis tui templo dicatam, accipe serena fronte, meque & hæc studia, quæ multis admodum nominibus obstricta tibi & devincta, tua illa singulari humanitate & comitate, quemadmodum fecisti hactenus, fove, complectere. Dab. Lugd. in Batav. Idib. Maj. Ann. CIↃ. IↃC. XCVIII.

Nobilit. & Excell. tuæ

Addictiss.

ANTON. MATTHÆUS.

LIBRI.

EX

EX
THOMÆ BASINI
Archiepiscopi Cæsariensis
HISTORIA GALLICA
EXCERPTUM,

Continens res gestas in Hollandia & diœcesi Ultraj.

Ann. CIↃ.CCCC.LXXXI. & duob. seqq.

CAP. XX.



On etiam arbitramur silentio prætermittendum eventum tumultuosæ seditionis, quæ ea tempestate grassabatur in civitate Trajectensi, quam tunc ipsi incolebamus. Et hæc caput olim & velut mater extitit totius Frysiæ, & iis temporibus in spiritualibus & Princeps . . . . hominum Christique sacerdos ; ejusque Frysiæ & Hollandiæ Præsulatum tenet, latum etiam habens proprium & peculiarem Principatum episcopali dignitati conjunctum. Ipsius etiam accolæ ab antiquo consueverunt inter se civiles contentiones exercere & habere. Quemadmodum etiam plura inter se habent oppida. Et in oppidis Hollandiæ atque vicinarum terrarum in tantum ; procurante inimico hominum ; satore zyza-

 niorum ;

niorum, diſcordiæ temporibus illis invaluere, ut in acerbiſſima uſque & implacabilia odia proceſſerint, nedum inter ſe oppidorum & unius oppidi cives, verum etiam inter unius domus & familiæ conjunctiſſimas perſonas. Eſt enim illic videre patrem adverſus filium, fratrem adverſus fratrem, & uxorem contra maritum odio partialitatis inardeſcere. Et quemadmodum per urbes Italiæ quondam efferbuere partialitates Guelfiorum & Gibellinorum, quarum necdum in pleriſque locis omnino radices adhuc evulſæ ſunt, ita non ibi tantum, verum etiam in recentioribus terris Hollandiæ & Trajectenſium & finitimis eadem partialitatum genera inferebantur. Hæc & .... hoc eſt hamus & piſcis, quæ cum citra annos cc. ...... exortæ ſunt, & quodammodo ſopitæ detorpuerunt, & latuerunt, imperantibus illuſtris memoriæ Philippo & Carolo ejus filio Burgundionum Ducibus, qui eas in apertum prorumpere pœnarum metu prohibebant. Statim tamen velut ab inferis redivivæ ſeſe attollentes mortuo Carolo Duce è latebris ejicientes, atque palam prodierunt. Sic & in Gallia noſtra ætate ſeſe graviſſime & odio implacabili proſequebantur factio *Burgundionum* & qui *Armeniaci* dicebantur. Quæ tamen infauſta factio poſtquam multis civibus atque populis, proh dolor! exitium fuit per annos circiter xv. modo miſeratione divina obſoleta eſt & penitus extincta. Ea vero quæ *Hoeckſenſium* & *Cabelionenſium* inimicitia atque partialitas vulgo nuncupatur, tam altas radices miſit in animis illorum populorum, & tam tenaciter eos inimicavit, ut quamvis ſtulte & ſine ratione atque aliquo probabili colore excitata vel nuncupata videatur, cum & hamus & piſcis, quem vul-

go

go *Cabileau* nominant, ex æquo omnibus populis Hollandiæ communis sit, qui hujusmodi etiam piscium ac cæterorum piscatione victum & divitias magnas parare consueverunt, attamen nec exhortatione aut doctrina verbi divini, nec timore Dei, aut Principum sanctionibus vel edictis ab hujusmodi dissensionum nefandissimo atque perniciosissimo seminario hactenus purgari, vel conquiescere possunt, quin semper .... imitaturque semper majorum suorum .... nefanda malorum radice contigit. Ann. Dni cIↃ. cccc. lxxx. oppido de Leydis nonnulli cives expulsi .... & sese apud Trajectum recepissent, ... qui tum magistratum in ea civitate gerebant .... fertur, ab antiquo partes illorum Hoecksensium defenderunt, auxilium ab eisdem postulaverunt. Quod cum facile impetrassent, circiter ducentos viros de civitate .... clero tamen civitatis & communitate de hoc nihil scientibus, quos eisdem exulibus quo vellent ad suum scilicet oppidum si possent recuperandum commodarunt. Quorum & .... cuidam militi * *Reynero à Broeckhuysen* & cuidam *Henrico Zuylen* à *Nyevelt* commissa fuit. Hi autem alio se proficisci simulantes velle, celantesque propositum, quod mente conceperant, ad idem Leydense oppidum nocte appulerunt. Erat tunc gelu satis asperum, ita ut aqua, qua ipsum oppidum cingitur, in glaciem durata † facta & solida vestigia calcantibus facile haberet. Transmisso itaque vallo, oppidanis nihil hostile suspicantibus, sed in stratis suis secure quiescentibus *Hamati* cum suo comitatu Trajectensium nullo obsistente oppidum Leydense invadunt. Quod ita ingressi concurrentibus ad se aliis in

* Filius hic tertiò genitus Gerardi domini de Weerdenburch, de Ameroyen, & de Broeckhusen, & Johannæ Brederodiæ, Reynoldi domini de Brederode capti à Davide & dein torti sororis, Vid. Jo. à Leydis *de orig. & reb. gest. domin. de Brederode cap.* 46.

† al. firma.

in ea civitate, factionis *Hoeckſenſium* ſcilicet, eo loco potiti ſunt. Cui reſiſtere irruptioni cum illi adverſæ factionis, licet longe plures numero & opibus potentiores eſſent, velut jam captivi & obruti, non auderent, ex ipſis circiter xv. direptis domibus ſuis certis in locis ſub cuſtodia traditi ſunt, tenueruntque exules cum iis, qui ſuæ factionis, oppidum, ſeſe de inimicis ſuis ſatis atrociter vindicantes, & varias prædas atque rapinas pro libito exercentes. Sed tali aſtu & dolo ſibi parata auctoritas non in longum eis cohæſit. Nam paulo poſt, cum Dux Auſtriæ & Hollandiæ Princeps in Hollandiam trajeciſſet cum parvis admodum copiis, exterriti Trajectenſes, quos exules ſecum adduxerant, & non minus ab his, qui adverſæ factionis erant in oppido, ac à Principis invaſione formidantes Trajectum cum præda quam fecerant repedarunt. Et ſic oppidum in priſtinam libertatem ſub Principis manum & poteſtatem receptum eſt, ejectis aut fugientibus illis, qui in illud forte irruperant.

CAP. XXI.

Quomodo Dn. de Egmonda Dordracum ſubegit, Hoeckſenſibus inde pulſis, & de decretis & mandatis Ducis Auſtriæ contra Trajectenſes.

Juvit hujus Leydenſis oppidi recuperationem non modicum, quod illis diebus contigit in oppido Dordraco. Nam cum illis locis cives & Rectores ab antiquo velut duces & Primores partium Hoeckſenſium factionis fuiſſe aſſerantur, eaſque partes pertinaciſſimo animo retinerent, atque foverent, trahentes ad

ſe

se atque pellicentes vel terroribus, vel blanditiis, atque suasionibus, quoad poterant, alia patriæ oppida, & pleraque ex ipsis jam ab olim ad suum consensum perduxerant, veluti oppidum de Gouda, Scoonhoviam, Roterodamum, & alia nonnulla, in quibus factio Hoeckfensium longe validior & robustior existebat oppressis, & vel.......... coactis, qui de contraria factione suspect............ audita irruptione facta per Hoeckfenses .... Leydensi supra modum exhilarati pro suæ fa .... adversæque partis depressione ac damnat .... universam Hollandiam in potestatem ac subditionem ...... redacturos sese speraverant. Et is è vestigio proveni .... quidem atque felicius quam ipsi tamen existimabant .... quidam strenuus miles Dominus de Egmonda collectis & sub silentio 200. circiter viris armatis eos in duabus aut tribus navibus occultatos & tectos, secum advexit, oppidumque irrupit. Quod cum statim sensissent hi, qui studiosi partium Cabelleanensium erant, de ea re verisimiliter ante præmoniti continuo eis, qui irruptionem fecerant sese sociaverunt, atque ita illos, qui diversæ factionis erant, ac magistratuum honores in eo gesserant, atque à multis retro temporibus velut Principes totius Hoeckfensium factionis extiterant, sub inimicorum suorum manum atque potestatem redegerunt. Fuit in illa irruptione alter Burgimagistrorum oppidi cæsus, qui obviam cum armis inventus, cum obsistere adversariis conaretur, oppressus. Et licet nonnullorum, qui præcipui auctores factionis ante fuerant, bona direpta fuerunt, & de quibusdam ductis ad Hagam Comitis supplicia sumpta, quantum tamen

men ad plebejam multitudinem oppidum intactum remansit, cujus subactione cætera oppida ejusdem ac illud factionis, quæ potius suum verum Principem contemnere, quam ad eum debitum subjectionis & obedientiæ servare videbantur, exterrita atque emollita deinceps Principis sui dominationi magis se devotos atque obedientes præstiterunt. Nec tamen propterea radices seditionum à cordibus Hoecksensium avulsæ prorsus aut emortuæ redditæ sunt, quatenus procul dubio manent alta mente repostæ, etsi proveniente metu pro tempore teguntur, tamen aliquando si in apertum emergere licuerit, verendum est, ne in magnum erumpant incendium.

CAP. XXII.

Quomodo Trajectenses in . . . . . Dominum de Montfoort . . . . .

Habebant tunc Pontificem Trajectenses Dominum *David* de *Burgundia* cognominatum naturalem filium *Philippi* illustrissimi Burgundiæ Ducis. Et is frater erat felicis recordationis *Caroli* etiam Burgundiæ Ducis, literis competenter instructus, & humana prudentia ac animi magnitudine admodum excellebat. Qui cum cathedram episcopalem rexisset per annos plus XXIV. satis feliciter, & . . . . quamdiu præfati Principes vitam in humanis egerunt . . . . *Carolo* extincto, sublatoque metu, qui profecto utiliter Trajectenses aliosque ecclesiæ subditos à rebellionibus & civilibus dissensionibus cohibuerat. Quum homines quietis impatientes ani . . . . gestirent, quantumque illum egregium suum Principem ac Pastorem episcopum Trajectensem diligerent, evestigio celare

celare minime potuerunt. Creverant sub sereno pacis, in qua sub eo jam diu vixerant, in magnas opes. Et civitatis ædificia tam sacra quam prophana in florentissimum & honestissimum statum producta erant. Acquisierant quoque singuli pene cives Trajectensium, unusquisque pro suarum modulo facultatum, omnia vectigalia vel hæreditarie vel ad vitam super singula ferme Hollandiæ vicinarumque terrarum oppida. Quorum summa super LVI. millia florenorum ascendere ferebatur in anno. Statim itaque, ut diximus, extincto *Carolo*, cujus viventis metus infirmis & seditiosis animis Trajectensium tanquam tutor pupillis utilis valde ac necessarius fuerat, cogitarunt pestilentes nonnulli, quanam via sese retrahere possent ab obedientia & subjectione, quas ad suum Dominum hactenus exhibere & observare consueverant, ut abdicatis & proscriptis, qui magistratus & officia civitatis gerebant, possent ipsi ad eosdem magistratus gerendos accedere. Videntes autem non nisi sub Ducatu alicujus potentis se facile id consequi posse accersierunt præfatum Dominum de *Montfoort*, quem suis factionibus dignum rati sunt futurum executorem. Ferebatur quidem eum contra suum Dominum Episcopum Trajectensem jam olim ab ante quasdam exercuisse simultates. Propter quod & præsto adfuturum auxilia eorum, qui se accersebant, non recusavit. Sed protinus eorum paruit voluntati. Ingredientique civitatem raro admodum satellite statim magna turba hominum eorum, qui res novas & omnia turbari semper exoptant, ejus lateri se adjunxit. Sicque nullo negotio nullaque ex adverso data resistentia illico civitatis veluti imperio est potitus, hisque

que vel profligatis vel dejectis, qui magistratus antea gesserant, ex voluntate Pontificis, secedentibusque omnibus civitate Vicariis & Officiariis episcopi, alios novos magistratus illico pro voto instituit, clavesque portarum civitatis ab eis, quorum fidei antea creditæ erant, amovit, & sibi assumpsit. A toto autem pene populo civitatis totissime cum his, qui suæ factionis participes vel etiam auctores extiterant, sibi multum applaudebatur, & quasi priscæ libertatis suæ restitutor publice privatimque ferebatur. Fiebantque per civitatis plateas frequentes epulationes per vices nunc in una vicinia, nunc in alia. Ita civitatis in hujus novita . . . . ferme festiva videbatur. Sed profecto non respondebant ultima primis, imo hujusmodi vanæ exul . . . . . . tandem calamitosus & gravissimus occup . . . . . suæ instaurator libertatis publice jactabatur . . . . . demum universam civitatem in miserabilem servitut . . . . ut nihil à servis ferme cives Trajectenses differre vi . . . . moreque jumentorum aut pecorum passus adversus . . . . eisdem paraverat hostes, die noctuque per imbres, nives, & frigora exire, & vitam suam periculis omnibus exponere cogerentur. Hæc fuit libertas. Hæc privilegia restituta Trajectensibus per adventum Dni de *Montfoerde*, cum . . . . tamen suæ calamitatis & ruinæ nesciam crassaque ignorantia excusandam ipsam Trajectensium civitatem causabantur plures è civibus, nonnullique de clero adversus Dominum & Pastorem suum. Et is quadam majori imperandi ambitione erat elatus, Duce *Carolo* germano suo superstite, cujus nomen & potentia non modo suis subditis

ditis sed & vicinis terris formidini atque terrori semper fuerant. Idem suus Pontifex privilegia suorum civium dejurabat, quæ in quadam * carta dicunt se habere, observari à suis Pontificibus, dum primum in domicilium & possessionem patriæ ingrediuntur, & sacramento solemni jurari consueta. Sed quicquid exterius jactarent, aliud tamen, quo magis in ejus odium exardescebant, latebat in pectore clausum. Nam cum, uti ajebant, qui mores civium Trajectensium ex antiquis temporibus exploratos & agnitos habent, plerique, saltim major pars ipsorum, veluti præcipui auctores & pertinacissimi defensores semper fuerint Hoeckſensium factionis, eam quia quodammodo depressisse & Cabeljavenses extulisse in Hollandia Burgundiæ Principes *Philippus* & *Carolus* ferebantur, adversus eos, & consequenter adversus suum Pontificem & totam domum Burgundicam vetustum odium conceperant, simul etiam quoniam eorum potentia semper eos sub metu & terrore continuerat. Vetere enim proverbio quos ipsi odissent consequens fuit quod & oderant. Quem enim metuunt † oderunt, inquit Cajus. Unde & primum inviti eundem suum Pontificem, procurante Duce *Philippo* à sede Apostolica promotum, non valentes ejusdem *Philippi* conatibus obsistere, susceperunt, cum electus alter fuisset frater Domini de *Bredenrode*, qui Præpositus erat sancti Martini Trajectensis, de familia utique, quæ una vel precipua semper fuisse fertur tenacissima partium Hoeckſensium factionis, contra Cabillionensium factionis per Hollandiam, proch dolor! capita. Ex his itaque animi calentibus & ingruentibus morbis

* Formulam juramenti ab episcopis præstiti habes *lib. 2. de Nobilit. cap. 47.*

† Vid. Sueton. *in Caligul. cap.* 30.

* Vid. Hed. *in David.*

odia immortalia fere conceperant, & inimicitias implacabiles. Trajectensium civium multi contra suum Pontificem totamque Burgundiæ domum, uti diximus. Quique ex civibus gravioribus & locupletioribus . . . . numerus, procul dubio ejusdem sui Pontificis . . . . benignitatem atque prudentiam pensantes sim . . . . & quietissimam pacem, quam sub suo Præsule annos amplius * viginti quatuor habuerant, quæ . . . . . . divina durasse cognita est in seculis retroactis . . . . diligebant, & ut longævum esse in administratione Episcopatus eum sibi divina pietas donaret votis supplicibus precabantur. His itaque aliisque odiorum causis stimulantibus, qui pertinacius partes Hoeckensium factionis defendebant, aliis adversabantur, qui suum Pontificem sequi, ac diligere, & se reconciliare Duci Austriæ, eundemque sibi placabilem efficere cupiebant. Verum cum satis animadverteret dictus Burchgravius in Montfoort, si repropitiaretur civitati Dux Austriæ, se ab ea repellendum fore cum cæteris suæ factionis, potissime Banditis ex Hollandia, quos omnino Dux Austriæ expelli volebat, clam exceptis certis Rutheris, parvo tamen numero, utpote viginti aut triginta sese contra hujusmodi suæ depulsionis periculum communivit. Quodam igitur die Ann. Dni 1481. mense Augusto, tres circiter aut quatuor dies ante festum beati Laurentii, cum jussus esset civitatem exire ipse Dominus in Montfoort cum suis, & is minime parere vellet, gravissima exorta est inter cives seditio. Nolentes enim potentiores & locupletiores sese & concives suos commerciis & confrequentationibus carere,

* Tot anni sunt ab eo quo David inauguratus usque ad Ann. 1481.

rere, quas soliti erant facere & habere in terris præfati Domini Ducis, non sine magno sui detrimento, simul etiam se interea privatos advertentes patrimoniis, & annuis redditibus, quos in ejusdem Principis terris atque dominiis habebant, collegerunt se cum magna multitudine plebis ad quendam pontem circa conventum Regularium prope portam, quæ vulgo *Tollenstege* appellatur. Ex adverso vero dictus Dns in Montfoort cum altero Burgimagistrorum & suis fautoribus collegerunt se in platea, quæ est ante domum Consulatus, eamque machinis & bombardis muniverunt, feceruntque campanam publicam sonari ad colligendum ad se populum sub vexillis civitatis, eo modo, quo in bellicis tumultibus fieri solet. Qua satis horribiliter intonante magnus populus & ad plateam & ad alios quoque qui ex diversa parte astabant confluxit. Erantque quam plures ex plebe hæsitantes & fluctuantes ad quam potius partium sese conjungerent. Sed multitudo major est locupletioribus, quæ versus portam se colligit. Et si primum ac sufficiens manus illico coacta ad occupandam plateam & domum consulatus tetendisset, cum dictus Dominus de *Montfoort* illic adhuc pene nullis stipatus militibus ac satellitibus quasi solus astaret, absque ullo negotio deside . . . . Sed nescio quo consilio in eo loco, ubi se collegerunt, constiterunt. Quod adversariis suis spatium suffecit ad se colligendum in platea civitatis, & eam . . . . Ut vero Dominum Trajectensem aut aliquam suorum manum asciscere & intromittere possent, effracta illa porta civitatis, prope quam astabant, cursores destinaverunt . . . . ipse quidem

dem ut tunc ferebatur celer accurrere, & suis fautoribus opem ferre properans ad medium usque iter inter *Wyck* & *Trajectum* pervenit. Sed cum Dominus de *Montfoort*, & qui eidem astabant, periculum intellexissent, & quod ad intromittendum inimicos suos in civitatem portæ effractæ apertæ paterent, ad obviandum periculo ex tempore consilium accepit, nam stipatus Rutheris illis, quos ante, uti diximus, in civitatem ad se communiendum invexerat, atque aliis satellitibus, qui ad se confluxerant, inter quos erat velut præcipuus unus juvenis audacissimus *Henricus* à *Zuylen* à *Nyevelt* ipsius Dni de Montfoort ex sorore filius, è platea civitatis præeunte vexillo versus portam, prope quam astabant adversarii, contendit. Ibi cum in adversarios bombardulas jacerent & alia missilia, paululumque adversarii obsistere conarentur, tribus vel quatuor ex ipsis de dictis missilibus vel occisis vel sauciis, reliqua multitudo terga dedit, quos adversarii persequentes excedere civitatem per portam, quam effregerunt, coëgerunt, & effractam portam, ne vel per alios aliis vel ipsis per suos aditus pateret ad civitatem, statim obserarunt & muniverunt. Numerus autem ad quingentos usque ex honorabilioribus civibus & locupletioribus ascendere ferebatur eorum, qui sic exiverunt, & per fugam saluti consuluerunt. Qui se primum apud oppidum *Wyck* recipientes, deinde etiam per vicina oppida, prout quisque sibi magis oportunum existimavit, sese effuderunt. Iste fuit infaustus acque infelicissimus dies civitati Trajectensi, quæ procul dubio evestigio, ex libertate & florentissimo statu, in quem diu manens sub le-

gitimi

gitimi Pastoris & Principis sui imperio provecta extiterat; sub tyrannicam potestatem & infelicissimam servitutem est redacta. Paucis diebus effluxis ipse Dominus de Montfoort, qui suam modo quo diximus vendicaverat potestatem, ut eam manu militari firmaret, sciens molimina sua non modo expulsis civibus, verum etiam pluribus ex his, qui intus remanserant, displicere; accersivit atque invexit in civitatem magnam prædonum manum, quos Teutonici Rutheros appellant, quorum metu atque armis misera civitas oppressa respirare in amissam libertatem non auderet. Miserum erat tum videre spectaculum civitatem paulo ante insignem & civium honorabilium copiosam prædonum & vilissimorum latrunculorum magna tunc numerositate consertam, & refertam, atque oppletam. Sed ad silentium cives miseros adigebat metus, ex quibus tamen ex plebea turba plurimi erant, quibus ea per . . . . erat; eis præcipue, qui in suum episcopum odio acer . . . . . . qui metiri & æqua lance pendere nesciebant . . . . mala; & quam miserabilem servitutem ex priore . . . . . & omnium rerum opulentia, quam à suo parentes . . . . habuerant, recidissent. Unde indiscreta talium . . . . . . quibus & odium Dni sui, & habitudo mentis, rationis . . . . . . judicium penitus obtundebant; in eundem optimum Pastorem suum omnia probra & maledicta jaciebant, nihil amplius votis expetentes, quam ut moreretur, aut periret nomen ejus. Cum autem Meus Præsul & Dominus videret civitatem suam tanta Rutherorum & plurium ex populari multitudine civium turba contra se munitam, eosque, qui tyrannidem in ea arripuerant,

rant, nihil aliud quam se perditum iri optare, & moliri, habuit ipse necesse ad protectionem sui etiam sese militaribus præsidiis communire. Unde in tribus præcipuis oppidis, civitate unius *Wyck* ipse moram faciebat, & in *Renis*, atque *Yselsteyn* militum præsidia advocavit. Oppidum autem Amersfordiæ, quod antea etiam civilibus dissensionibus & mutuis proscriptionibus agitatum fuerat, & in quo prævaluerant, qui cives suo Præsuli obsequentes atque faventes miseriarum proscriptionibus affecerant, pertinacissimo fœdere Trajectensi civitati contra eundem suum Præsulem se constrinxit & devinxit. Nec mora longa *Frederícus* Dominus ab Yselsteyn, stipatus Rutheris suis ad suburbanum portæ civitatis, quæ sanctæ Catharinæ cognomentum habet, noctu incendium posuit, pluribus inibi domibus incendio consumptis. Quod licet velut favilla in stupeam incurrens materiam initio parvum esset, statim tamen longe lateque quaquaversum in magnos ignes colluxit. Nam brevi exacto tempore omnia ædificia, quæ per agros circumquaque Trajectum, ad vicina usque oppida absque inhibitione passim ignis consumpsit. Pauperesque agricolæ, nisi qui fuga elabi potuerunt, eorumque bona, abducti vel direpti sunt, aut incendiis absumpti. Ita brevi momento agri illi, qui cultu satorum optimi, atque ædificiis optimis perpulchre ornati, instructique erant, deserti, squallentesque ambustis & crematis cunctis ædibus in solitudinem sunt redacti, maledictumque illud Propheticum procul dubio completum est: *Convertit terram eorum in salsuginem, amentia habitantium in ea.* Nam ubi paululum antea fuerat veluti

luti quidam paradisus voluptatis, ubique procul dubio squallent abductis arva colonis, ut nec jam, quæ pro prius fuerat, sed alia prorsus patria posse existimari videretur. Quotidie fiebant incursiones novæ ex Hollandia, & oppidulis à Pontifice armatorum copiis communitis, in agros Trajectensium & Amersfordiensium universos, donec omnibus expilatis & abrasis nihil jam, quod posset prædæ [illegible] superesset. Tentavit una vice plus Pontifex suorum civium commiseratus ab suis eosdem revocare ad suam obedientiam, quare [illegible] civitati vicina suorum stipatus præsidio simul [illegible] illic duobus aut tribus pernoctans diebus si [illegible] reverentiam præsentiæ suæ rebelles meliore ac [illegible] resipuissent; sed ea res non modo rebellium animos non emollivit, verum potius quod mente conceperant odium adversus eum manifestius esse fecit. Exhibebant se quotidie cum Rutheris cives rebelles ad expugnandum [illegible] & socios, si quo ingenio e monasteriis, in quibus consistebat ipse & sui, in patentes eos campos educere, vel in stationes suas vi vel armis irrumpere potuissent. Quare prudens idem Pontifex, qui arthriticis etiam passionibus acriter vexabatur, & quod in majorem sævitiam atque odia, unde eos mitigare putaverat, contra inardescebant, relicto dicto contamine ad castrum de *Wyke* repedare coactus fuit. [illegible] res adversum [illegible] graviter [illegible] Hollandiam concitavit. [illegible] multo [illegible] ad vindictam collecto ex [illegible] oppidis [illegible] venerunt, ductore [illegible] vices [illegible] gerente [illegible] Hollandiæ [illegible]

CAP. XXIII.

De Narda occupata, de cæſis ad Vreeſvicum Hollandis, aliiſque.

Ea tempeſtate & turbine, & vaſtatione ſementis Rutheri, qui Trajecti collocati erant, cum multis ex civibus per inſidias cives & oppidulum de *Naerden* Hollandiæ, nihil hoſtile de Trajectenſibus ſuſpicatos, ſed commerciorum & commeatus communicationem cum eiſdem mutuam habentes, interceperunt. Nam ſub muliebri amictu fingentes quidam ex ipſis Rutheris ſe, uti fœminæ aſſolent, ad oppidum ex vicinis agris ova & lacticinia invehere, portam oppidi occupantes in oppidum irruperunt, cæſiſque nonnullis ex civibus etiam baſilicam ejuſdem oppidi diripuere; ſed cum ſentirent Amſterdamenſes confeſtim magnis armatorum copiis navigio adventare, relicto oppido bonis ſpoliato, cum præda, qualem ad manum apprehendere potuerant, pluribuſque ex civibus abductis captivis, Trajectum ſtatim remearunt. Nec tamen eo uſque omnia, quæ diripuerant, deferre potuerunt; ſed plurima per agros & itinera ſparſim projecta effuderunt. Nam dicti Amſterdamenſes cum aliis vicinis ex Hollandia eos cum magno ulciſcendi deſiderio inſequebantur. Et hæc res adverſum Trajectenſes in odium & inimicitias graviter totam Hollandiam concitavit. Unde non multo poſt exciti ad vindictam collecto exercitu ex oppidis ſuis Hollandini venerunt, ductore eorum, vices Principis gerente Gubernatore Hollandiæ, Dño Jydoco de *Lalaing*, ad obſidendum quandam

turrim

turrim seu Bastiliam, quam Trajectenses in loco, unde canale, quod Trajectum pertransit, exit de flumine *Lecke* (quod flumen portio est & membrum Reni fluminis) præsidio militum seu Rutherorum munierant. Cum tamen incautius illic absque valli munimento aut castris more militari dispositis se effudissent, nec ad explorandum molimina Trajectensium, quorum civitas ab eo loco non amplius uno miliari patrio remota est, cursores expeditos haberent, subito uno mane irruerunt in eos Trajectenses cum suis Rutheris, & eos imparatos cum magno clamore adorti in fugam verterunt absque certamine vel pugna. Cæsi ex ipsis circiter quadraginta & capti circa sexaginta. Cæteri ad naves, quas per flumen adduxerant, & . . . . se eis opportunitas ingerebat confugium invenerunt . . . . usque ad numerum xxx. tam grossarum quam minut . . . . . . nobiles cum præda quam de navibus expositam in terram invenire potuerunt, cum pluribus militaribus Hollandiæ signis Trajectenses in suam civitatem cum magno applausu civium invexerunt. Sed nec ea lætitia eis longa nec fausta hujusmodi trophæa extiterunt, quemadmodum paulo post in sequentibus referemus. Ut enim cecinit Poëta insignis:

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Nec servare modum rebus sublata secundis.

CAP. XXIV.

De legatis Trajectensium ad Ducem Austriæ.

Miserunt subinde Trajectenses legatos suos in Brabantiam pro concilianda pace cum Duce Au-

 striæ

striæ, si possent, secluso Pontifice. De pace enim cum eo redintegranda nullo pacto patiebantur audire, qui magistratum tunc in civitate gerebant. Et quidem bonas & æquas pacis conditiones, comprehenso suo Pontifice, manenteque, uti juris erat, Præsule & domino civitatis, si eam amplecti curassent, facile invenissent, & in sua poterant mansisse libertate & pace, sed tam alte iniquum in suum Pastorem optimum odium in mentibus auctorum rebellionis radices miserat, deque se semper sæva præsumens conscientia læsa in tanta diffidentia & desperatione veniæ & firmitatis qualiumcunque eis factarum pollicitationum animos eorum constituerat, ut bonam pacis oblatam seu offerendam conditionem, per quam sub manum & potestatem domini & Pastoris sui reciderent, respuendam pertinacissime observarint. Ferebatur Dominum in Montfoort hujusmodi evomuisse sermonem, quod mallet potius videre Trajectum deductum aratro, totumque campis virentibus solum ipsius civitatis referri, quodque potius omnia extrema famis, pestis, cæterarumque cladium & calamitatum ipse suique iniqui fautores etiam ad omnium usque civium internecionem libentius expectarent, ac viderent, quam incolumem civitatem ad parendum dicto suo Pontifici & domino consentirent. Sic erat misera civitas sub sævissimorum tyrannorum potestatem redacta, nec in contrarium, quanquam sine dubio longe amplior numerus eorum esset de honestioribus civibus, qui ad parendum atque obsequendum suo Pontifici afficiebantur, qui existeret, quisquam erat, qui contra decreta

creta vel inordinatissimas rebellium affectiones mutire auderet. In tantum minis ac metu premebantur. Atque cum infecto pacis negotio Legati civitatis domum ex Brabantia revertissent, magnum Rutheriorum numerum equitum atque peditum, rebellionum authores, undecunque poterant, ascivetunt; ita ut absque difficultate, si eis libuisset, & diripere civitatem, & cives trucidare potuissent; nisi hoc divina providentia avertisset. Cum his itaque prædandi & spoli . . . . mentis, invectis cum eis civibus, quoties & ad . . . . Rectoribus imperare collibuisset, patriam tam suam quam Hollandiam vicinam incursantes, id ipsum etiam stipatoribus episcopi & Hollandiæ ex adverso referentibus, quaquaversum ad tria & quatuor miliaria patriam incendiis, cædibus, & rapinis vastatam, abrasam, desertamque fecerunt.

CAP. XXV.

De Ruwardo Trajectensi Engelberto Clivensi.

Videntes porro Rectores civitatis se non potuisse consequi pacem, quam habere speraverant, aut sperasse finxerant seu simulaverant cum Duce Austriæ & terris suis, suo Pontifice secluso, & quod eis ad sustinendum tam difficilis belli pondus majoribus viribus opus erat, agitarunt, qualiter suo Episcopo potentem aliquem adversarium opponerent, quem ipsi veluti civitatis & patriæ vice Pontificis defensorem, vel Advocatum, vel ut vulgo loquuntur, Ruwardum illectum spe Episcopatus obtinendi post mortem vel depositionem sui Pon-

 tificis

tificis objicerent. Et oculos deflectentes ad *Engelbertum* fratrem illustris Ducis Clivensis, adolescentem nobilem, annorum circiter decem & octo, neque literarum peritia, nec probitatis adhuc moribus satis agnitum, intonsa barba, adsciverunt sollicitantes, donec cum suis voluntati eorum assentiret, quod non difficile factu fuit, inque civitatem introduxerunt. Mirabantur multi, cur hujusmodi Rectores & magistratus civitatis subito in illam barbariem sese invicem fœderassent, ut promissas cuncti contra patrios mores deferrent barbas, quod perante minime consuessent; sed cum adventu præfati *Engelberti* ad civitatem eas repente omnes pristino more detonsas haberent. Et satis probabili conjectura æstimatum est, eos, vel communi voto vel ex condicto eas sic detulisse intonsas, quoniam desiderio suo de invehendo præfatum *Engelbertum* in suam civitatem potiti forent. Intravit igitur civitatem vigilia Dominicæ nativitatis Ann. Dni 1481. cum magno auctorum sui adventus & imperitæ ac ignavæ plebis applausu. Sed profecto longe aliter, quicunque graves rerum divinarum & humanarum periti, vel humana valentes prudentia, rem existimabant. Nec longa mora: altero nempe die post solennem nativitatis Dominicæ insani vulgi vana exultatio, quam de novo adventu sui Ruwardi duxerant, in lamentum & luctum conversa est. Et tunc manifestum fuit, utri de suo adventu veriores fuerint existimatores, illine qui ei plaudentes arridebant, an qui infelicem infaustumque non ambigerent esse futurum.

CAP.

CAP. XXVI.

De Trajectensium clade.

Collegerat enim tunc Gubernator Hollandiæ magno gestiens animo diluere ignominiam, quam apud Bastiliam de *Vaert* ad ripam fluminis *Leccæ* ante passus fuerat à Trajectensibus, circa tria millia virorum, qui ex parte majore erant militares & bellicis expeditionibus & congressionibus assueti, inter quos Capitanei & Duces satis famosi Marchio Antwerpiæ, & quidam Hispanus cognomento Pe . . . . cum certo numero Gallicorum atque Hispanorum . . . . . . Hi cum quendam Burgum appellatum * *Emmenesse* locupletis ac bellicosi & superbi populi multitudine refertum vastavissent, diripuissent, atque cremavissent, pluribus loci accolis vel cæsis vel captis, ad incendendum pariter & vastandum quasdam villas sitas ad unum miliare vel duo de Trajecto illis palustribus locis, & quibus ad comburendum & focos componendum patria illa uti solet, quod illic neque sylvæ neque arbores ad combustionis usum nisi raro admodum inveniantur, iter direxerunt. Ubi incendia & prædas cum agerent, flammis manifestissime in Trajecto collucentibus, atque apparentibus, statim tam Rutheri quam magna civium multitudo usque ad numerum, ut ferebatur, quinque millia hominum confuse & absque ordine suis portis eruperunt, atque ad loca, in quibus adesse hostes sentiebant, properanter cucurrerunt. Quos cum propius accessissent, & eos fugam capturos, quemadmodum alias prope

* Vid. *lib. de jur. glad. cap.* 19. *n.* 3.

flumen Lecke juxta Bastiliam fecerant, arbitrarentur, experti sunt damno suo se cum armatis viris negotium habere, qui cum eos alacriter excepissent, & in eos composito agmine irruerent, illico ipsi Trajectenses terga dederunt. E quibus tam de civitate, quam suburbanis & vicinis villis peremptri sunt circiter mille & quingenti, plures etiam abducti, capti, cæteri fuga elapsi cum ingenti pavore intra mœnia sua se receperunt. Quantus autem luctus, quæ lamenta in civitate audita sint plangentium liberos parentum, liberorum parentes, fratrum fratres, uxorum maritos in eo prælio cæsos, vix sufficienter ullo sermone æquari posset. Erat profecto luctus ubique, pavor, & plurima mortis imago. Hæc fuerunt felicia auspicia futurorum bonorum, quæ eis suus novus Ruwardus, quem tantopere regentes civitatem expetierunt attulit. Invexit hos fructus applausus, quem sibi ignorantiæ atque malitiæ tenebris obducta plebs, invalidis suis assentiens Rectoribus, eidem Ruwardo adventanti tertio ante die fecerat, atque celebrarat. Hæc oppressæ, uti jactitabant, per suum Pontificem suæ libertatis restitutio. Quod si hostes civitatem hac clade susceptа statim aggredi & expugnare pertentassent, satis verisimile est, quod in ea expugnanda, sic ut erat tunc exterrita & velut exsanguis effecta, resistentiam satis debilem invenissent. Sed misericordia Dei benigniora providente ab illo tunc periculo imminenti civitas præservata extitit. Non enim vult Deus, ut sanctus Propheta canit, mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat. Erant etiam in civitate quamplures viri devoti & religiosi,

qui-

quibus molitio suorum regentium vehementer displiceret, quorum merito pie credi potest divinam iram clementia temperatam tali civitatis excidio tum pepercisse.

CAP. XXVII.

De miseria eorundem. De arctiore annona.

Non tamen absque plurium ærumnarum & calamitatum cumulo civitas permansit, sed eam & caristia annonæ aliarumque rerum humanis usibus necessariarum inopia & paupertas graviter afflixerunt. Qui enim amplissima patrimonia habebant, vel annua vectigalia, si in terris Ducis consistebant, uti erant ibi majori ex parte, cum ad fiscum Principis cuncta devoluta erant, nihil prorsus emolumenti inde percipiebant, si in proprio territorio, cum omnia, quæ in agris erant, deserta & squallida jacerent, etiam nullam dominis prædiorum afferebant solatium vel fructum. Itaque nisi ex veteri industria vel parsimonia aliquid sibi reservaverant, quod pauciores tamen tam de civibus quam de ecclesiasticis fecisse ferebant, consequens erat, cum quoque victualia ad duplum vel triplum assuetum perante pretium excurrissent, nec non nisi, cum maximis difficultatibus & laboribus, invehi ex uno solo angulo possent, & hoc cum præsidio plurimæ armatorum multitudinis, quod qui bene peculiati non erant gravi egestate & penuria laborarent. Artificum vero manus, qui anteriori quietis ac pacis tempore de suis artificiis atque operis honestum satis & copiosum sibi victum suppeditabant, quia necessariæ eis de-

deerant suarum artium materiæ, quas etsi forsan adhuc residuas haberent, nullus erat vel rarus, qui ab eis operas expeteret, vel artificialia compararet, magna pariter inopia atque famis inedia premebatur. Quas clades etiam plurimum mors atque interitus tum ex moestitia, & luctu, tum variis ex ægritudinibus, quas fames & penuria victualium parturiebant, quibus perante sufficienter vesci soliti erant, e vestigio sunt consecuti, in tantumque est adauctus mendicantium numerus cujuslibet ætatis atque sexus, ut de ipsis per totam pene civitatem plateæ replerentur. Qui nedum in civitate erant, sed etiam ex vicinis villis & agris, ubi enutriti erant, adigente necessitate ad civitatem pro victu necessario sibi procurando confugerant. Eratque miserum & lamentabile videre impletum in hoc populo, quod Jeremias Propheta de Jerosolymitis lugubri cecinit carmine: *Quod qui prius nutriebantur croceis amplexati sunt stercora.* Perurgente enim penuria famisque inedia vilissimis & ante insuetis prorsum cibis plerumque mendicatis vescebantur. Et supra his quidem multi compatiebantur & congemebant, sed subveniebat nullus, nam qui hoc soli potuissent aversos prorsus habebant a reconciliatione & pace animos obduratos. Unde & adversus civitatem & in eos odium plurium animis cumularunt.

CAP. XXVIII.

De Viana surrepta.

INsidiis etiam & proditione aliquorum accolarum . . . . . qui in civitate pro præsidio collocati erant, oppid

oppid ...... perante ſemper civitati amicum & benevolum .... ferme ſolo eo quod per terras Ducis Auſtriæ libera .... exerceretque commercia, quæ plurima neceſſaria Traj ...... advehebantur, nocte irruperunt cooperante proditorum manu, dicipueruntque, & ſuorum manu valida communiverunt, quanquam cives loci nihil de Trajectenſibus hoſtile ſuſpicarentur, nec ullam, veluti nihil metuentes, armatorum munitionem recipere voluiſſent. De quo tamen ab utralibet partium ſollicitati fuerant, & ſæpius pertemptati. Illic aſtabant * plures ex civibus adſcititiis civitatis, qui ad eum locum tanquam ſecurum & neutralem ſeſe contulerant, quos Rutheri bonis ſuis exutos & ſpoliatos etiam ad ſe redimendum magnis pecuniarum ſummis adegerunt. Ea res primum a nonnullis Trajectenſibus auctoribus & fautoribus rebellionis pro felici & fauſto proventu habebatur, ſed profecto a quibuſque peritioribus rerum æſtimatoribus infelix & iniquiſſima habebatur, ſucceſſuque ſtatim temporis compertum eſt, quam damnoſa civitati foret, quod per hoc omnino privata fuit advectione plurium victualium ac aliarum rerum neceſſariarum, quas de terris Hollandiæ & aliis Auſtriæ Ducis per medium illius oppiduli neutralitatem ſervantis conſequi conſueverat, atque cum hujuſmodi oppidulum circiter menſes tres ille Rutherus, qui ipſum ſic fraude interceperat, cognomento *Zwanenburch*, tenuiſſet, cunctaque & in oppido & circumquaque, quæ capere potuiſſet, aggregaſſet, plurima farcitus præda & ſpoliis miſerorum, domino loci mediante, ſumma trium mille florenorum ipſum oppidulum reſtituit, & relictis Trajectenſibus ad propria remeavit.

* Sermo eſt de Viana. Vid. infr. in not.

CAP.

CAP. XXIX.

De Amersfortiorum & Trajectensium contumacia.

Nec vero Amersfordenses Trajectensibus agglutinati etiam belli cladibus, & his, quæ inde provenire solent, sinistris eventibus exsortes evaserunt. Nam paulo ante cladem à Trajectensibus susceptam autumnali tempore, cum adversus hostes incursantes & populantes agros suos temere & confuse exiliissent per insidias ab hostibus circumventi fortunam belli adversam experti sunt. Cæsi enim fuerunt de civibus plusquam ducenti, & circa centum ducti captivi cum plurima præda boum, quorum solent quotannis multitudinem magnam in suis saginare pascuosis & palustribus locis. Ajebant abductos fuisse, præter alia multa, quæ in prædam similiter cesserunt, super cia. & ducentos boves, qui jam deducendi ad nundinas hujusmodi armentorum (quæ iisdem temporibus celebrari solent) in plerisque locis parati erant, sed hujusmodi clade licet graviter attriti nihilo tamen magis magistratus & reliqui factionis duces emolliti sunt, sed semper magis ac magis in acerbitatem odii atque inimicitiarum in suum Pontificem exarserunt, licet nec ullam vel minimam hujusmodi probabilem satis causam dicere vel probare potuissent, cum profecto justius ac verius de ipsis & Trajectensibus idem Pontifex dicere poterat, quod de iniquo Judæorum in se odio Salvator noster dixit, quemadmodum in Evangelio Johannis legimus: *Odio inique habuerunt me gratis*, & quod in Psalmo de eo cantatur: *qui retribuebant*

bant mihi mala pro bonis, & plurima hujusmodi. Procurrente autem hujuscemodi odiorum atque inimicitiarum rabie & furore civitas Trajectensis sub caristia annonæ plurimarumque rerum humano usui necessariarum atrociter gravata elanguit, & fame, & quæ exinde nasci solent variis hominum mortibus, morbis, atque ægritudinibus extabuit. Ita enim invaluit fames ob caristiam victualium & pauperiem, quam ob majorem populi multitudinem furor bellicus importarat, ut ubique per vicos & plateas viri & mulieres, sed majori numero pueri & infantes, veluti simulacra, seu mortuorum umbræ super terram ambulantes putarentur. Fuerunt interea pluribus & variis in locis conventus partium pro pace vel treuga ineunda, & reconcilianda, nunc cum legatis seu Commissariis Pontificis, nunc cum Legatis Ducis Austriæ, sæpe etiam cum utrisque celebrati, sed in omnibus cum Amersfordenses & Trajectenses suum Pontificem ac Principem recognoscere pertinacissime & obstinatissime recusarent, nunquam ex hujusmodi conventibus aliquis bonus fructus optatæ pacis vel treugæ potuit evenire. Quin potius publice tractabatur, quod non nisi ad circumveniendum suos adversarios, siquo ingenio potuissent, & placandum rumores pauperum civium, quorum longe major pars non nisi pacem exoptabat, & suo Pontifici reconciliari, tales conventus cum adversariis fieri & haberi petebant. Nec levi sane & vana conjectura ea communis omnium ferme æstimatio invaluerat. Nam quoties ad hujusmodi conventus Legatos suos Trajectenses mitterent, se evestigio vel ad rapinas faciendas, & abducendas prædas, aut capti-

captivos, vel ad miſcenda incendia in terris & agris adverſariorum ſuos emittebant, qui frequenter damna non modica improvidis & ſe negligentius curantibus ingerebant, unde non temere eos uti verbis pacificis in dolo, nullum autem prorſus redintegrandæ pacis atque amicitiæ votum, ſeu propoſitum, ſed ipſius potius diſtrahendæ atque elongandæ gerere putabantur. Initio quo Trajectum *Engelbertus* de *Clivis*, de quo ſupra meminimus, advectus eſt, cum magiſtratus regentium civitatem cum ſuis ſautoribus in ipſius nomen, obedientiam, atque fidem juraſſent, conati ſunt clerum civitatis, uti ſimiliter faceret, modo blandis ſermonibus, nunc graviſſimis comminationibus, inducere, ſed cum viri graves & timorati quinque eccleſiarum, divini & humani juris periti eis liquido oſtendiſſent ſalvis conſcientiis propter jurium inhibitiones magnis & formidabilibus pœnis ſancitas ſe id minime facere poſſe, tandem, quamvis à comminationibus non ceſſantes, tamen aliquando quieverunt. Temptaverunt & idem ipſi perante & ab eodem clero extorquere, ut in quibuſdam vanis & frivolis comminationum articulis, & capitulis, quos adverſus ſuum Pontificem tendentes ad ſuam depoſitionem, apud ipſum Pontificem ſe proſequi intendere jactabant, eis vellent adhærere, eundemque clerum, vi & metu non injuſto, aut vano, adhibitis, ad quandam adhæſionis formulam, non tamen qualis ab eis expetebatur, ſed longe civiliorem adegerunt. Verum cum per omnia ſcrutantes iniquitates viderent ſe deficere in ſuo ſcrutinio, & ſeſe irriſioni potius ubilibet patere, nihil de conceptis com-

comminationibus, vel verius confictis, intentare vel prosequi ausi fuerunt. Videbant enim tales concinnantes dolos se talibus innixos dolosis commentis, variisque figmentis, omnis solidi ac validi fundamenti firmitate destitui, nec inde aliud posse nisi labores & expensas inutiles atque ignominiam reportare. Quapropter se ab hujuscemodi suis frivolis abstentarunt molitionibus ad tempus quidem, postea autem interposita quadam appellatione, de qua paulo post locuturi sumus, causam suæ appellationis duobus Cardinalibus committi ægre obtinuerunt, in qua erant hujuscemodi frivolæ criminationes insertæ.

CAP. XXX.

De moneta cusa ab Engelberto Clivensi, & de aliis ejus gestis.

Erat dictus *Engelbertus* intrusus ab initio adventus sui, quamdiu stetit Trajecti, in domo Episcopali sita, ut moris est, juxta cathedralem ecclesiam, in quam fuerat ab his, qui eum accersierunt, tanquam vicem gerens Pontificis collocatus & adductus. Ut autem non in * vacuum accersitus fuisse, aut nihil assecutus potestatis putaretur, ipsis suggerentibus monetam novam, argenteos atque aureos nummos, suo nomine cudi facere aggressus est. Qui cum initio utcunque pro attributo eis cursu tolerabiles fuissent, brevi tamen temporis decursu, cui opus hujusce cudendæ monetæ ab eo commissum extiterat, tam improbos percussit, ut non modo extra urbem, ubi à cunctis respuebantur, sed nec in civitate ullus solutionem in talibus nummis acceptare

* vanum.

ceptare vellet; sed passim tanquam reprobi refutarentur ab omnibus: Erant enim, ut ajebant, in tertia parte deteriores in æstimatione justa & valore; pro quo, ut currere deberent, cudebantur. Unde & in ead . . . . præter alia incommoda etiam ipsa moneta pluribus non modicum damnum invexit. Aliud etiam, ne inutile sibi dominium quæsisse videretur, satis injustum & infamis operis effecit: Nam cum accolæ cujusdam villæ, ut ab incendiis & rapinis tuti ac securi manerent in suis domibus, apud civitatis Rectores sese pecunia redemissent, & sub pactis promissæ eis libertatis & securitatis nihil hostile a civitate metuentes agros suos colerent, dictus *Engelbertus* persuasus a nonnullis suis satellitibus, quod pactum per eos cum civitate conventum sibi, nisi se ab eo redimerent, minime prodesse deberet, stipatus multis Rutheris ad eos prædandos atque diripiendos exivit. Qui cum nihil hostile suspicantes non curassent neque se neque bona sua divertere aut occulere, nihilominus direptis & raptis, quæcunque habere potuerant, non federatos sibi aut pacificos, sed hostes sævissimos advenisse senserunt, qui nec contenti præda & spoliis miserorum etiam eorum domos & habitacula flammis voracibus dediderunt. Hæc fuit prima expeditio, hæc prima congressio, quam per semet ipsum *Engelbertus* defensor futurus patriæ fecit, de qua in civitatem Trajectensium, quæ dictis infelicibus fidam securitatem vendiderat, præclara hæc trophæa importavit. Temptavit autem idem *Engelbertus*, imo potius Rectores civitatis & factionis Duces, ascitis ex terra Clivensi copiis, quas eisdem

Dux

Dux Clivensis in auxilium miserat, pariter cum suis tam Rutheris quam civibus, quos cum Clivensibus advexerant, vel expugnatione, vel alias deditione loci incolarum, sibi acquirere & sui juris efficere oppidulum de *Ysselsteyn*, a civitate non amplius uno miliari patriæ remotum. Erat illic præsidium satis infestum civitati, & quod vel ad civitatem accedentes vel inde abeuntes plurimum molestabat. Emissi quoque ad pascua vel saltus animalia civitatis rapta frequenter abigebant, ac variis modis atque frequentibus & pene quotidianis incursionibus damna civitati inferebant. Et erat quippe inveteratum, uti ajebant, Dominorum loci illius odium ad civitatem, & vice versa. Certum vulgo proverbium & commune, quod Domini de *Ysselsteyn* adhuc in matrum uteris clausi hostes Trajectensium, priusquam in lucem hanc ederentur, esse solerent. Moverant itaque hac civitate hujusce Trajectensium & Clivensium copia circa quatuor millia peditum ducibus *Engelberto* & Domino de *Montfoort*, & sese per agros & pascua ipsius oppiduli ultra jam jactum missilium propinquos effuderunt, velut oppidulum obsessuri; qui cum sine fossa illic & vallo aut aliquo alio munimento quinque aut sex dies dispersi hinc inde jacuissent pecudum potius quam militum more (non enim secundum disciplinam militarem castra metati erant, aut communierant) tædio simul & victualium caristia atque raritate defatigati nulla attempta expeditione inefficaces & vacui Trajectum redierunt. Unde post duos atque tres dies, cum nec stipendia perciperent, nec victualia, nisi admodum raro, comparare valerent, sine ullo penitus fructu & hono-

honore ipsi Clivenses sunt reversi in patriam.

CAP. XXXI.

Trajectensium spes, quam habebant in Rege Franciæ, aliisque.

Deposuerant autem magnam spei suæ partem ipsi rebelles Trajectenses in auxilio Ducis Clivensis, sed cum hæc auxilia hujusce eis transmissa non modo eis nihil profuisse, verum etiam magis obfuisse perspicerent, ab ea, quam in eum habuerant, spe plurimum exciderunt, majoremque eis adhuc ab initio ipsius factionis confidentiam de Rege Francorum ipsi sibi proponebant; & quod eis præsidio adforet cum Duce Clivensi quotidie jactabant, & in vulgo omnia adversa Duci Austriæ indies provenire ab exercitu Regio disseminabant, non tam exspectantes, quod eis in subsidium partem copiarum suarum transmitteret, quam quod eorum hostem Ducem Austriæ suasque terras prorsus deleret atque opprimeret. Quod si ita eveniret, sublato tanti tamque potentis inimici metu, qui erat sui Pontificis unica spes & fulcimentum, quem uti diximus acerbissimo odio prosequebantur, voto suo in ejus oppressione atque dejectione, *Engelbertique* sui sublimatione potiri minime dubitarunt. Trajectenses autem, qui tunc administrabant civitatem, & cuncti rebellionis fautores, rerum dicti sacrilegi tyranni Leodiensis operiebantur eventum, suæ enim spei stabilimentum in Rege Francorum primum, uti sæpe diximus, reposuerunt, deinde in Duce Clivensi, cujus fratrem *Engelbertum* in suum defenso-

rem seu Ruwardum asciverant, fœdere facto cum eodem Duce; quod eis auxilio foret adfuturus. Tertio vero in illius tyranni Leodiensis prosperitate, si sibi obveniret, plurimum confidebant. Jactabatur quoque in vulgo insano; quod cum multis armatorum millibus eidem auxilio adveniret, si Dux Austriæ vel Hollandi urbem suam obsidione vallarent. Verum quam procul a suo desiderio vanæ hujuscemodi spes eos deluserint atque fefellerint non supervacaneum fuerit enarrare. Rex quidem Francorum mense Decembris vel circiter anno currente 1482. pacem & fœdera percussit cum domino Duce Austriæ, & omnibus ejus terris & subditis, in cujus capitulis fuit, & est expresse concordatum, quod idem Rex nullum prorsus auxilium dicto sacrilego tyranno Leodiensi, neque Duci Clivensi, neque civitati Trajectensi contra eundem Ducem Austriæ ferret, promittens etiam se eidem Duci, si expeteret, contra eundem tyrannum Leodiensem, Ducem Clivensem, & civitatem Trajectensem, aut alios quoscunque hostes suos, auxilium præbiturum. Quam pacem ita factam fore Trajectenses credere omnino respuebant, contrarium in vulgo omni die disseminantes, quod novis quotidie pascebant & deludebant mendaciis, & figmentis, ut ipsum miserabiliter afflictum & defatigatum talibus adinventimentis utcunque erigerent, & a rebellione ac murmure adversum se cohiberent. Tandem tamen cum post aliquot emensos menses liquido compertum haberetur mercatores ultro citroque sua libere exercere commercia, de publicatione etiam ipsius pacis solemniter cum ingenti lætitia per omnia insignia

oppida terrarum Ducis palam omnibus innotescere, pacem sic factam inviti licet & plurimum abhorrentes credere compulsi sunt. Jactabant etiam eam non diu fore duraturam, quod Deus clementer avertat. Et in hujusmodi fictis sermonibus, quos assidue in vulgus disseminabant, ponentes spem suam mendacium, sese & eis adhærentes, uti poterant, solabantur. Sane si mens eis non cæca atque insana fuisset, satis moniti esse debuerant de illo, quod quotidie de sacro psalmo per omnes ecclesias canitur: *Nolite confidere in Principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus.* Unde per Jeremiam nos perpulchre Deus admonet inquiens: *Maledictus, qui confidit in homine, & qui ponit carnem brachium suum, & recessit à Domino cor ejus.* Sed excæcaverat eos profecto malitia eorum, & hujusce vanis illusionibus & mendaciis auctores rebellionis, atque eorum assertores merito pro suis impietatibus decipi merebantur. Satis etiam multis in casibus & quidem longe gravioribus regiam fidem, siquid saperent, compertam poterant habuisse. Et quantum quidem ad Ducem attinet Clivensem & Trajectenses Rex accusari de fide eis non observata minime debebat, cum non constaret eos ulla cum eodem fœdera percussisse. Sed aliud fortasse æstimari potuisset de illo sacrilego parricida de *Arenberch*, qui ex jussu & ordinatione Regis ad iter sibi pervium in Brabantiam per Leodienses terras atque suo exercitui aperiendum transmissus fuisse, quod satis verisimile esse videtur, ferebatur. Sed id, quidem ante pacis fœdera paululum post cum Duce Austriæ percussa, per quæ satis apparebat,

tebat, & ex his, quæ proxime retulimus, per eundem *Arenberch* de cœptis per eum & sine jussu Regio exorta fuisse, quemadmodum verius putabatur, idque Regem ipsum publice etiam agnovisse assere-batur, quod totum injussu suo factum esset, quicquid idem Arenberch patravisset; ex tunc Regem eum desistere voluisse, atque licet non nesciret se tali foedere per Regem fuisse derelictum, expositum-que Duci Austriæ, cui etiam ad eum proterendum & profligandum opem se laturum pollicitus erat; non tamen adhuc destitit, quin civitatem & oppidum *Hoyense* cum nonnullis castellis retinuerit. Sane cum Brabantini ad eum vel in *Hoya*, ubi astabat, expugniandum vel obsidendum, circa duo miliaria prope dictum opidum accessissent, ipse sacrilegus id pervadens die decima sexta mensis Martii Ann. 1487, cum quibus poterat copiis tam Rutherorum quam incolarum in exercitum Brabantinorum irruit, qui sui moliminis non ignari eum strenue & viriliter exceperunt. Fuitque ipse equo dejectus occiso sub se, sed quod triste victoribus fuit à suis fuga ereptus evasit. Cæsi fuerunt in eo conflictu circa 130. De suis capti 80. Cæteri fusi atque dispersi. Ipse autem nocte illa per sylvas & nemora errabundus crastino in civitatem intravit, ad quam si victores cursu properante adventare curassent, erant cives utriusque sexus pusilli & magni in portis ad eos pacifice recipiendos, sed hoc, quemadmodum altera vice, minime fecerunt. Unde & civitatis, & totius patriæ, atque ipsorum etiam Brabantinorum, non modo prorogata, verum etiam adaucta est calamitas, quod illum etiam tam efferum & acerrimum hostem juxta

se ymo quodammodo infra viscera habebant, ut non secure & absque pavore & periculo in suis possent vel agris vel oppidis quiescere. Delusi itaque hactenus Trajectenses in spe etiam, quam in auxilio dicti sacrilegi tyranni Leodiensis utcunque posuerant, quem falso frequenter victoriam de Brabantinis mentiebantur obtinuisse, nihilominus in sua obstinatione durabant, tolerabantque caristiam, & famem, plurimasque inedias, a quibus omnibus facile, si non eos pertinacia sua tenuisset, se eximere & pacatos reddere potuissent.

CAP. XXXII.

De Papæ interdicto & ab eo appellatione.

MEnse autem Augusti anno 1482. allatum est Apostolicum monitorium procurante Episcopo Trajectensi. Monebatur dictus *Engelbertus* & singuli Consulatus Trajectensis, quatenus bona episcopo spectantia, quæ contra jus & fas occuparant, eidem episcopo restituerent & traderent, utque tanquam Domino & Pastori suo parerent, & cives locique accolæ similiter. Alioquin lapsis certis diebus, qui monitioni parere detrectassent, excommunicationi & anathemati subdebantur per censuram, & si per tres postmodum dies contumaciter & pertinaciter sustinerent, ex tunc civitas ecclesiastico supponebatur interdicto. Et similiter oppidum Amersfordiæ. Et huic quidem monitioni initio *Engelbertus*, nisi iniquorum consilio fuisset depravatus, protestabatur se obedienter parere velle, & Episcopale palatium evacuare velle, omnemque ejusdem supellectilem probe restituturum,

rum, & siquid inde vel perditum vel deterioratum foret, omnia debite & sufficienter suppleturum. Quod cum primum facturum se ac impleturum fuisset pollicitus, dolo paulo post inimici hominis, impiorumque sinistris consiliis circumventus, a juste & recte desponsis resiliit, prorupitque in frivolæ cujusdam & temerariæ appellationis vocem, quæ profecto merito subsistere non poterat, tum quod ex scientia certa summi Pontificis appellatio inhibebatur, tum quod monitio non erat, nisi de his, quæ divinis præceptis & sacris canonicis sanctionibus fieri jubentur. Notorium insuper erat crimen evidentia facti, quod nulla poterat tergiversatione celari vel offuscari, de quo crimine ut se ejusdem patratores emendarent, admonebatur. Hæ autem causæ & eorum singulæ validæ & efficaces sunt ad rejiciendum & exsufflandum omnes hujusmodi frivolas appellationes. Atque nihilominus ipsi seditionis auctores eis innixi & excommunicationem & anathema Sedis Apostolicæ, interdictum quoque publicatum, contemnentes se prætextu talis appellationis defensos sufficienter jactabant. Quod nonnulli sibi Evangelizandi officium usurpantes ausi sunt in cathedra, quam non deceret nisi Evangelicæ veritatis nunciam esse, impudenter auribus astantis populi ingerere, qui etiam, ut fides eisdem amplius haberetur, officium inquisitionis hæreticæ pravitatis se jactabant habere. Sed cum clerus venerabilis civitatis de hujuscemodi Apostolicis monitionibus, censuris, & interdictis, ipsius etiam *Engelberti* assertione, per quem eorundem *Copias* acceperat, sufficienter certiorati essent, decreverunt, uti par erat, Apostolicis

mandatis & censuris reverenter atque obedienter parére. Sane cum id Regentes civitatis & rebellionis intellexissent auctores, quod clerus interdictum observare statuisset atque etiam a divinis in vigilia beati Laurentii Martyris cœpisset abstinere, sese in unum cogentes stipati armatorum multitudine plusquam, ut ajebant, trecentorum accesserunt ad locum Capitularem majoris ecclesiæ, ad quem tunc universum clerum acceperant adesse, ubi tanquam leones rugientes & frementes bestiæ clerum adjurare atque interminari cœperunt, quod nisi illico sacra, à quibus cessare inchoarant, reassumerent, & exequerentur solito more, omnes eos absque misericordia perimerent, eorumque domos & bona Rutheris, qui tunc accincti armis & contis suis aderant, ad cædes perficiendas statim, ut eis imperaretur, parati, diripiendas contraderent ac donarent. Quo, nec mirum, perculsi & deterriti metu, qui certe merito in quemvis etiam constantissimum virum cadere potuisset, videntes periculum, non comminatum in futurum, sed præsens coram adesse, coacti sunt talibus vi & metu urgentibus divina intermissa reassumere pro tempore. A quibus plures se abstinuerunt per alios minoris reverentiæ hujusce officia perfici sinentes. Sane postea furore Regentium utcunque temperato in ecclesiis beati Martini & beati Johannis sub obtentu injuriarum, quas à suis Præpositis eisdem dicebant irrogari, de Apostolico interdicto conticentes, à divinis officiis penitus cessatum est. Quod non item in conventibus fratrum mendicantium & aliis ecclesiis civitatis observatum fuit, sed in eis solito more

re fuerunt divina continuata. Tentarat & magistratus civitatis etiam inducere clerum, ut suæ interjectæ appellationi, de qua supra, adhærere vellent. Sed cum prudenter adverterent, quod hujusmodi appellatio de jure nullatenus subsistere posset, quodque multa probrosa & turpia in suum pium Pontificem ab inimicis mendaciter conficta contineret, nullo pacto eidem se adhæsuros firmaverunt.

CAP. XXXIII.

Inter Regem Galliæ & Ducem Austriæ pax. Delphini sponsalia cum filia Ducis Austriæ.

Pax igitur, ut prædiximus, & amicitiæ fœdera inter Regem Francorum, in quo totam pene spem suam initio Trajectensium rebelles reposuerant, & *Maximilianum* Austriæ Ducem ejusque liberos, terras, & dominia firmata fuit per medium sponsaliorum & conjugalis fœderis perficiendi inter Delphinum Viennensem, ejusdem Regis filium unicum, & dominam *Margaretam* filiam dicti *Maximiliani* unicam, cum filiæ pro dote & portione hereditaria, quæ eam poterat contingere ex successione materna, scilicet dominæ *Mariæ* unicæ filiæ *Caroli* Ducis Burgundionum, defunctorum, quibus propitius dignetur esse Deus, assignati sunt Comitatus Burgundiæ & Artesiæ, terræ & dominia Matisconensis, Autissiodorensis, Salinarum, Barri supra Sequanam, & de Nyvers, quæ fuerant dicti *Caroli* Ducis, & obitus sui tempore possidebat, sed eos ipso vita functo Rex occupaverat, ac partim armis partim deditionibus in suam redegerat potestatem.

Ea autem lege dos hujuſcemodi domino Delphino pro ſua dicta futura conjuge conſtituta eſt, quod ſi eadem nullis de ſe ſuperſtitibus liberis finire vitam contingeret, dictæ civitates & terræ ad Ducem *Philippum* ejuſdem ſponſæ fratrem ſuoſque heredes reverti deberent, ſed eo caſu Rex jam dictus aut ſui heredes poſſent hujuſmodi Comitatus & terras tam diu retinere, donec jure diſceptatum diffinitumque foret de & ſuper jure, quod Rex habere prætendit in oppidis Inſulenſi, Duacenſi, & Orchies, eorumque Caſtellaniis, ſive diſtrictibus. Quæ diſceptatio atque de & ſuper dicto prætenſo jure diffinitio infra triennii metas deberet expediri. Erant & alia quam plura capitula in dicto pacis fœdere comprehenſa, quæ brevitatis cauſa hic omittimus inſerere, quia id huic noſtro operi minime neceſſarium exiſtit. Non tamen omittendum, quod paulo antequam hujuſmodi pax conciliata foret, Rex oppidulum de Aire corrupto Capitaneo, cujus fidei ejus cuſtodia commiſſa fuerat, magno auri pondere redemerat, ad ſummam, ut ferebatur, 20. vel 30. mill. ſcutorum auri. Et quia bella quæ paulo poſt obitum *Caroli* Ducis inter Regem & heredes dicti Ducis terraſque ejus efferbuerant, hoc felici pacis fœdere finita ſunt, & pro tempore terminata, itaque in hoc temporis articulo convenienter hunc librum claudemus, ab alio poſtea quæ reſtant exorſuri.

LIB.

LIB. . . . . . .

CAP. I.

De eorum tyrannide, qui Ultrajectum tunc occupabant.

I. Desiderabant & acclamabant pene omnes pacem, & eo usque uno die perventum est, quod collecta multitudine populi in armis ipsi aliquos de suis tyrannis ceperunt, & in carcerem detruserunt, clavesque portarum civitatis à suis Burgimagistris acceperunt. Et siquid in eis fuisset sensus, siquid boni consilii vel prudentiæ pacem suam in omnibus habebant, & servitutis jugum excutiebant. Si enim habito cum viris bonis, & sapientibus acceptoque consilio, e quibus & in populo & in clero sufficienter invenire potuissent, statim ad dominum & Pastorem suum optimum accersendum, qui prope ad tria tantum vel duo miliaria distabat, legatos misissent. Interim ipsis armatis simul permanentibus, & muros suos atque portas solerter custodientibus, nulli dubium esse potest, quin depulso tyrannide, qua miserabiliter premebantur, paci, libertatique suæ restituti fuissent. Atqui profecto tantis bonis ipsi indigni erant, nec dignas satis adhuc pœnas exsolverant pro malevolentia, odio, atque execrationibus, quas adversus præfatum optimum Pontificem habuerant, atque exercueranr. Propter quæ scelera & facinora tradidit eos divina justitia in reprobum sensum, & mentes eorum excœcavit merito, ut nequitiæ suæ

pœnas darent, quodque eis utilissimum fuisse debuerat minime videre atque agnoscere possent. Quod ex duobus, quæ tunc per eos gesta sunt, unicuique intueri licet. Uno quidem, quia cum trames rectus, & apertus, nec alius tunc nisi ille unicus eis pateret, quod Domino & Pastori suo piissimo, qui paratior erat omnem in se offensam condonare, quam ipsi petere, sese reconciliatos & pacatos esse potuissent & voluissent, eumque velut dominum suæ defensionis ac libertatis præsidium in suam civitatem invexissent, sed tramitem illum callemque rectum & paratissimum, ac facilem ad pacem suam acquirendam, sua malitia excœcati nec amplecti, nec agnoscere poterant, verum potius ipsi omnino aversum à sua salute & quiete animum velut homines phrenetici & dementati gerebant, ubi cum in ea sic collecti populi multitudine unus vir bonus ac prudens acclamasset, quod operteret se illico mittere ad suum Pontificem aliquos, qui eum ad suam civitatem adducerent, statim à turba impiorum acclamatum est se minime velle eidem Pontifici suo & Principi parere, nec ullas eos in Episcopo *David*, erat enim *David* nomen ipsius, partes habere. Fuissetque ille vir bonus, qui consilium de eo accersiendo acclamarat, à turba laniatus & oppressus, nisi mature se absentando à turba per occultam fugam elabi potuisset: Altero autem, quod cum ydolum, quod sibi adversus eundem Pontificem invexerant, atque erexerant, quum ad eos misisset pacandos, singulis artificum collegiis ad bibendum unum dolium cerevisiæ pollicitus se daturum, protinus in eam stultitiam relapsi sunt, ut ipsum ad domum sui con-

consulatus acciperent, sibique portarum civitatis, quas tulerant a suis tyrannis, claves resignarent, atque fidelitatis sacramenta ultro ei præstarent, qui ætatis circiter annorum XVIII. nec literis, nec naturali prudentia, vel moribus ullis probitatis eminebat. Quo facto cum ipsi certo numero doliorum cerevisiæ, qui eis promissus fuerat, suas ventres implessent, quæ tamen ipsi exsolvere postea compulsi sunt, ab invicem discedentes in domos suas singuli abierunt, statim vero solutis e carcere, quos ipsi incluserant, & suos magistratus etiam cum ampliori auctoritate recuperantibus. Paucis effluxis diebus uno ex his, qui colligendæ & aggregandæ plebeæ multitudinis auctor extiterat, tyrannisque suspectior habebatur, capite plexo, sub prætextu tamen aliorum criminum, quæ unus perpetrasse ferebatur, alii novem banno publico proscripti sunt. Hoc quidem unum in tot eorum malis bonum, imo verius mitius malum erat, quod in his civilibus factionibus & seditionibus sanguinarii non fuerunt, quemadmodum sæpe in talibus civilibus seditionibus omni crudelitatis genere inter se diffidentes desæviisse compertum est, sed proscriptionibus, vel civibus intra suas ædes recludi jussis, ut plurimum grassabantur. Sic itaque & prius misera civitas sub interdicto Apostolico & sub anathematis gravissima censura, quo ad eos ipsos, qui occupabant bona aut mitram sui Pontificis, vel occupantibus auxilium, consilium, vel favorem præstabant, & sub impiissimorum hominum tyrannide in omnium ad usum vitæ necessariorum penuria & caristia languebat per annos prope duos. Et quamvis in conventu Prædicatorum, & Minorum, qui capitalius odium

odium cæteris ad Pontificem habere dicebantur, nonnullisque aliis ecclesiis, seu præveniente metu, seu obstinatione nefanda, id interdictum minime observaretur, in cathedrali tamen & sancti Johannis collegiatis ecclesiis, ut supra diximus, servabatur. Terminabantur interea sæpe & indicebantur conventus pro pace tractanda, nunc in Haga Comitis, nunc in Buscoducis, nunc in monasterio de Oestbroeck, & aliis plerisque locis. Ad quæ loca accedebant Legati Trajectensium tyrannorum cum Deputatis, nunc Pontificis, nunc etiam Principis, vel terræ, & patriæ suæ Hollandiæ. Et deludentes populum Trajectensem simulabant tyranni se pro pace agere & eam toto conatu perquirere, sed quid animo gestarent & mente, opera indicabant, qui ferme semper, cum legatos mitterent suos ad dietas, una mittebant Rutheros suos ad incendia, vel prædas faciendas, vel in Hollandia, vel in aliis locis vicinis. Redemerant se à civitate pleræque villæ magnis, quas exsolverant, pecuniarum summis, ne vel in personis, vel in ædibus aliisve rebus, damna paterentur, sed non eo minus, cum antea nihil jam sibi metuendum putarant, post adventum illius Domicelli de Clivis, tanquam novi domini, quem aliena promissa non ligarent, omnia compactata rescissa sunt, fuitque iis necesse, vel se denuo redimere, vel incendiis, vel prædæ patere, aut loca sua deserere, quod nonnulli incertæ & fragili fidei se committere nolentes amplius tanquam potius elegerunt. Fuitque nempe quædam villa circa oppidum *Wyck*, quæ promissa sibi securitate etiam per Domicellum de Cllvis sæpe sese redemit, sed cum ille ipse ivisset cum suis Rutheris,

theris, nec loci incolæ confisi de pacta indempnitate se subtraxissent, sed advenientibus etiam de suis bonis ministrassent, nihilominus spoliata & cremata fuit. Quæ res amplius ceteros, qui pariter sese redemerant, vehementer exterruit, ita ut amplius nemo per hujusmodi redemptiones se tutum fore reputaret. Videns autem populus Trajectensis se toties fore per suos tyrannos delusum, qui in tot conventibus pro tractanda pace habitis nihil penitus votivum reportabant, quin potius ab eisdem tyrannis, licet frequenter omnes & honestæ & rationabiles conditiones pacis eis oblatæ fuissent, palam dictum protestatumque fuisse, quia potius omnia extrema usque ad civium omnium internecionem & ultimum hominum relictum sustinerent, quam quod pium Pontificem suum unquam in dominum suum recognoscerent, de pace componenda aut reformanda penitus desperare cœperunt. Crescebat indies fames ex penuria & caristia annonæ, nec mercatores aut artifices quicquam lucri vel ex artificio vel ex negotiatione facere poterant. Similiter nec clerus, neque honestiores cives, quibus consuetudo fuerat de propriis vivere redditibus, quicquam inde poterant percipere. Et plerique, qui si aliquid pusillum olim ex patrimonio sibi reservaverant illud à tempore inchoantis seditionis consumpserant, etiam egestate laborabant. Unde moriebantur multi, & erat ubique mendicantium miserabilis ejulatus & gemitus duobus illis annis, quibus illa seditio efferbuit & duravit. Erat ubique pene per Galliæ & Germaniæ terras sterilitas & caristia magna victualium, ita ut pene ubique etiam per Gallias fame & peste

peste inde contracta plurimi morerentur. Sed Trajecti hæc calamitas geminabatur, cum ex agris suis, qui inculti & sentibus obsiti jacebant, nihil prorsus perciperent, & xxx. denario aut etiam medietate cuncta carius emere necesse haberent, quam in eis locis vendebantur, unde ea advehi ad eos oportebat. Sed & nihilominus illic unde advehebantur, ultra solitum quemadmodum, & in omni circa regione caristia magna victualium erat. Quam miserabilem calamitatem quidam ex civibus, qui validioris animi & audaciæ erant, ultra ferre non valentes, inter se pauci tunc secretò primum dixerunt, quod si aliquo die Rutheri civitatem exirent, siqua via possent, à suis cervicibus tyrannicum illud jugum excuterent, & sese ac civitatem in libertatem vindicarent. Explorabant itaque, & tacite operiebantur, siquando hora oportuna se offerret, qua sui inter se placiti & condicti executionem efficere possent.

CAP. II.

De episcopi in urbem reditu.

Contigit autem, ut die mensis Aprilis xxi. post Pascha Ann. Dni 1483. tyranni civitatis absente tunc idolo suo Domicello *Engelberto* de *Clivis*, qui ob nonnulla sua negotia è civitate se absentarat ad patriam suam Clivensem profectus, suos Rutheros ferme omnes mitterent ad quasdam arbores succidendas & ad civitatem deferendas pro munitionibus portarum, & murorum, tempore & loco, pro quibus id necessarium esse posset, atque

etiam

etiam ad machinas & propugnacula fabricandas, simulque etiam evenit, ut ipsi tyranni omnes cum Domino de Montfoort, penes quem maxima totius factionis tunc manebat auctoritas, in unum convenirent in loco Capitulari ecclesiæ sancti Martini. Solent enim frequenter, solemnes & pro gravioribus causis totius civitatis illic celebrari conventus. Quod cum agnovissent, qui ejusdem conjurationis erant, ostia ejusdem Capitularis aulæ de foris clauserunt, atque illico currentibus quibusdam per vicos civitatis, qui pacem cum magno acclamarunt tumultu, adventantibus & convocatis civibus in magna multitudine ad communem plateam, quæ est prope domum consulatus. Ac statim tota civitas in armis fuit, obseratisque civitatis portis, & mœnibus, ut suadebat necessitas, custoditis, capti fuere tyranni omnes. At quod valde mirandum, attentis innumeris pene malis, quæ civitati ac toti populo intulerant, ipsos captos in dicto Capitulari loco, in quo fuerant conclusi, pacifice ad portam civitatis, quæ sanctæ Catharinæ appellatur, adduxerunt, & in carcerem detruserunt, nemine eorum cæso aut percusso. Revera tum, ut diximus, ostenderunt non esse se homines sanguinarios, quod tamen in plerisque civitatibus, quando tales seditiones exsurgunt, contingere sæpe visum est. Consilio autem statim ex tempore accepto non ut priori vice ad suum Domicellum Clivensem, sed ad suum Pontificem optimum atque piissimum accersendum miserunt, qui in oppido suo de *Wyck* à civitate non amplius duobus miliaribus patriæ remoto consistebat. Lætus igitur idem benignissimus Pontifex, gratiasque

tiasque agens Deo, quod dulciter absque sanguinis effusione cives à se jugum tyrannicæ dominationis excusserant, omnes erratus suos culpasque clementer eis condonans, immemorque juxta præceptum Domini omnis injuriæ civium suorum, ipso die cum comitatu ducentorum circiter armatorum equitum & peditum civitatem intravit jam advesperascente die, ymo jam nocte per duas horas ante incepta. Susceptus est autem à civibus cum maximo omnium bonorum applausu, luminaribus per domos & plateas in facibus ubique accensis. *Bonorum* autem diximus. Nam multi adhuc in civitate erant, & de clero, & de laycis, quibus ea res vehementer displicebat, nec poterat ulla ratione eorum perversus animus, ferus, atque indomitus, ad obediendum eidem suo Pontifici vel eum colendum inflecti. Sed tunc necesse eis fuit, ut altum premerent corde dolorem, & vel simulatæ signum quodvis lætitiæ exterius portenderent. Nam ipsi nimium erant & numero & viribus impares his, qui de recuperatione suæ libertatis, & tyrannorum depulsione toto corde exultabant. Rutheri autem, qui ad commissa sibi opera emissi extiterant, ad vesperam redeuntes objectu portarum intrare prohibiti sese in suburbano locaverunt, parati discedere, dummodo eis de stipendio, quod promissum fuerat, solveretur, & quamquam revera non pro civitate, sed potius contra à tyrannis acciti ad civitatem opprimendam militassent, voluerunt tamen cives optimi, ad quos regimen & moderatio reipublicæ & civitatis ab impiis & iniquis tanslata erant, ut de stipendio statuto pro tempore, quo servierant, eis probe & legaliter

ter solveretur. Pulchrum autem jucundumque erat videre cives, qui initio seditionis, vel postea, civitate vel propriis laribus relictis, Pontificis partes secuti fuerant, ad propria revertentes, de vicinis quoque oppidis navigio & curribus annonam, aliasque merces, ad civitatem advehi. Ad quam & avidius plurimi adventabant, quod per annos prope duos eam nec videre nec ingredi propter hostilitatem potuerant, ita ut plateæ civitatis, quæ tyrannide fervente vacuatæ civibus, nec nisi a Rutheris, desperatis garzonibus, atque ut Theutonica vulgari dicimus buffonibus calcabantur, jam honestis civibus & mercatoribus cernerentur impletæ.

CAP. III.

Obsessum Montfurtum. Captum Ultrajectum ab Henrico a Zuylen a Nyevelt. Captus episcopus.

Habuit autem ipse prius Pontifex verba de pace, & de reconciliatione Dni de *Montfoord*, quem clausum in una Camera sui Palatii custodiebat, satis humaniter eum faciens procurari & detractari. Et consentiebat idem Dns de *Montfoort*, ut castrum & oppidum de *Montfoord* ad manum suam contraderent, quibus loci custodia a se fuerat commissa. Hujusque rei consummandæ gratia ipse Dominus & Pontifex stipatus ducentis aut trecentis viris armatis exiit civitatem illuc proponens proficisci, & castelli nancisci, ut dominus, possessionem. Verum statim ut iter arripuerat, nuncium accipit, quod Hollandi castrum obsidebant, illud

ad manus suas cupientes habere. Quod si habere potuissent, intentio eorum fuisse putabatur, quod loci munitionem funditus everterent, tum in odium Domini de *Montfoort* illius domini, cum & propter vicinitatem ad terras Hollandiæ, quod sæpe de illo priscis & modernis temporibus damna plurima perpessi fuissent. Quo accepto nuncio, cum per hoc videret propositum suum impediri, ad civitatem est reversus, nec efficere potuit, licet non semel tantum sed pluries hoc efficere tentavisset, ut Hollandi, qui illic castra sua & obsidionem posuerant, ab obsidione discederent. Fuerat autem ad custodiam castri illius commissus quidam juvenis audacis nimium & efferati animi, dictus *Henricus* a *Zuylen* a *Nyevelt*, cognatione ipsi Domino de *Montfoert* propinquus, utpote suæ sororis filius. Hic cum cognovisset Dni Episcopi ad suam civitatem ingressum, captivosque detineri ipsum dominum de *Montfoort*, aliosque qui tyrannidem in civitate exercuerant, qualitercunque de castro illo egrediens ad oppidum *Amersfoort*, indeque ad patriam Clivensem accessit. Inveniens autem Ducem, & Domicellum *Engelbertum* de *Clivis* Ducis fratrem, quem tyranni civitatis in suum velut dominum erexerant adversus Episcopum, pronos & faciles ad id quod affectabat perficiendum, eundem Domicellum acceptis quingentis aut sexcentis rutheris, e quibus plures erant, qui civitate egressi sub eodem Domicello & tyrannis civitatis illic pro præsidio collocati fuerant, *Amersfordiam* adduxit. Quo in loco per aliquot dies repausavit expectans per transfugas, qui implacabili odio habebant suum episcopum, qua-

qualis militum seu rutherorum manus, qualis in muris & portis custodia, qualesque agerentur nocturnæ vigiliæ. Et præfatum quidem *Engelbertum* cum prædicto *Henrico* de *Zuylen* a *Nyevelt* & ea quam diximus manu Amersfordiam adventasse non ignoravit pius Pontifex. Unde propterea ascivit circiter rutheros ducentos, quo civitas tutior redderetur, & ea utique manus ad civitatem tutandam sufficere potuisset, si communita per omnes aditus platea civitatis, quæ est ante domum Consulatus, & cincta fuisset repagulis, & serpentinis, prout eam sæpius tyranni anteriori suæ tyrannidis tempore munierant, vel etiam vigiles noctu in mœnibus, turribus, & portis numero sufficienti extitissent. Sed heus, proch dolor! nec dicta platea sufficienter fulta præsidio, nec in muris, seu incuria & negligentia civium, qui nimis tamen & falso securitatem sibi in sui Pontificis præsentia promittebant, seu malignantium fraude, quorum adhuc plures in civitate erant, summo odio suum Pontificem habentes, sufficientes vigiliæ, vel custodiæ adhibitæ fuerunt. Unde exitiale malum provenit civitati feria sequenti quarta, quæ erat dies septima Maji & vigilia Ascensionis Dominicæ dicto Anno 1483. de nocte circa horam secundam post mediam noctem. Qua irruentes ille *Henricus* a *Zuylen* a *Nyevelt*, & satellites, quos de terra Clivensi & Amersfordia secum adduxerat, neminem, qui pro defensione in mœnibus staret, invenerunt. Unde facile admotis scalis ad muros obsistente nullo transcendere muros potuerunt. E quibus cum modicus numerus intra civitatem descendisset, fertur quod

 quan-

quandam portam parvulam, seu ostium, per quod præparatores coriorum ad fossam civitatis & aquam exire consueverant, aperuerunt, & per hujusmodi foramen seu ostium turbam sociorum suorum intromiserunt, qui omnes in unum globum collecti suis stipati armis præcipue bombardellis, ballistis, & contis plateam civitatis petierunt, in qua siquidem inventa parva manu stipendiariorum, quos proximis ante diebus bonus Pontifiex pro custodia asciverat, cum eis ferme duarum horarum spatio acerrimum conflictum habuerunt. Defenderunt enim illi strenue plateam, & bombardellis & variis missilibus inimicos repellere satagebant. Horrendum erat & formidabile audire bombardellarum & missilium jactus, quæ hinc & inde mittebantur. Tam & tam crebro & incessanter crepitabant, quanquam initio nonnulli quid agebatur ignorantes arbitrabantur non talium missilium esse sonitum, sed potius lignorum aliquorum continuatos ictus ad fores domorum aliquarum effringendas. Pulsabat & terrifice sono assiduo campana, per quam cives ad armorum tumultus excitari solent. Verum e civibus, audito ab eis, quod Clivenses pro *Engelberto* suo Domicello contra suum episcopum dimicarent, pauci & prope nulli ad defensionem occurrerunt, sed obseratis ostiis sese intra ædes suas continebant. Fuitque ita in platea prædictarum partium certamen magnum & atrox. In quo occubuit ille stolidus & procax *Henricus* a *Zuylen* a *Nievelt*, qui totius hujus aggressus auctor fuerat & intentator. Cujus profecto casus perutilis fuit Pontifici & civitati. Nam eum execrabili sacramento firmasse fama erat se manu sua

pium

pium Pontificem fuisse necaturum, si victor & salvus evadere potuisset. Erat quippe ipse censura & spirituali mucrone summi Pontificis excommunicatus, aggravatus, & reaggravatus, atque anathematizatus, omni impietate & ferocitate repletus, quamplures e civibus & ecclesiasticis habens odio implacabiliter. Propter quod clementissimus Dominus valde utiliter & misericorditer providit civitati, quod tam cruenta & immanis bellua e medio tolleretur, quæ profecto, si voti sui execrandi compos evasisset, plurimos enecasset cum optimo Pontifice, & ad explendam rapacitatem suam, quia pauper & inops erat, vel civitatem universam, vel saltem domorum partem cum suo impio satellitio expilasset & diripuisset. Fuerunt in eo certamine bina vice Clivenses depulsi, & loco moti, viriliter & strenue dimicantibus, qui pro defensione plateæ & civitatis astabant, sed finaliter se accumulantibus Clivensibus & atrociter imminentibus, necesse eis fuit, qui longe pauciori numero erant, loco cedere. Nam & ipsis Clivensibus sese ex civitate nonnulli consociarant, qui acerbiori odio in suum ferebantur episcopum. Statim autem, ut terga verterunt, qui pro defensione astiterant, ipsi Clivenses cum civibus suæ factionis effractis carceribus, in quibus Dominus de Montfoert & alii fautores sui asservabantur, ad palatium Episcopi eruperunt, & effractis & direptis, exportatisque omnibus, quæ inibi portabilia inventa sunt, in ipsum etiam pium Pontificem, Christum dominum suum, sacrilegas manus ausu nefando injicere non sunt veriti, quin & multis eum probris, & contumeliis, absque ullo Dei

timore & sacri ordinis reverentia affectum etiam domo propria ejecerunt. Dum vero propter arthriticas passiones pedibus non facile posset ambulare, ad quandam aliam domum, ubi satis vile publicum tenebatur hospitium, deportatus est, atque ibi per multos dies servatus. Ipso autem die, quo sicuti diximus civitas irrupta fuerat ab impiorum hominum manu, & redacta in potestatem, accersierunt statim hujusmodi iniqui suum *Engelbertum* domicellum Clivensem. Ipse enim Amersfordiæ constiterat. Qui statim ad civitatem veluti ad acquisitam sibi prædam accurrit. Exierunt autem & sese per mœnia dimiserunt, qui ad stipendia Pontificis in civitate erant, cum pluribus ex civibus, qui studiosi partium ejusdem Pontificis, eidemque fideles extiterant, & post recuperatam per eum civitatem eandem ingressi fuerant. Qui vero tali fuga minime potuerunt instans periculum effugere, scrutati sunt per civitatem, & qui de eis inveniri potuerunt, fuere in carcerem detrusi, & ad se redimendum pecuniam, quantam posse eos exsolvere arbitrabantur, dare compulsi, & necessitate adacti. Nonnulli tamen ex honestioribus & adversum quos non tam acerbum odium efferbuerat, fuerunt in propriis domibus relicti, interdicto eis sub vitæ suæ periculo ne inde exire præsumerent. Capti etiam & custodiæ mancipati omnes ferme de domo & familia Pontificis, demptis his, qui clam elabi potuerunt. Domus etiam nonnullæ effractæ & expilatæ fuerunt, non tamen tot, quot diripi & sæpius spoliari visum est in talibus civitatum vel oppidorum irruptionibus, in quarum multis nec corporibus neque bonis fuisse

par-

parcitum frequentius compertum eſt. Unde ut verum fateamur, penſatis rerum circumſtantiis, hi qui irruptionem fecerunt,* civiles ac victoria valde clementer uſi fuiſſe videntur. Non enim ſanguinarii fuerunt, ut ad cædes uſque, eorum præſertim, quos ſe exoſos maxime habuiſſe ſciebant, procederent, ymo nec ad domorum, niſi paucarum, direptionem, cum tamen jure belli plures mortalium univerſam civitatem non aliter quam prædæ ſibi expoſitam atque permiſſam reputaſſent. Eramus ipſi tunc in civitate non ſine metu, qui cum tam atrocem & periculoſam civitatis captivitatem tam humaniter procedere inſpiceremus & videremus, magnas gratiarum actiones Domino exſolvebamus, quod tam clementer res tam ſævas atque formidabiles ſic miteſceret. Statim enim erat videre cives non modo in ſuis domibus, ſed per forum & plateas ambulare, atque ſuas neceſſitates procurare, parvo lineo panniculo tamen circa brachium circumvoluto, quod ſignum nec uſque ad noctem portandum fuit. Fuerunt enim ſtatim & rapinæ & violentiæ cohibitæ. Verum tamen ad ſumptus ipſi Domicello & ſuis neceſſariis exquiſitæ ſunt pecuniæ, tum ab his, qui rem aliquam habere putabantur, tum à quibuſdam pro ſua redemptione vel domorum ſuarum, ne prædæ exponerentur. Ab aliis vero etiam nomine civitatis mutuæ acceptæ ſunt cautione ab eis facta de fienda reſtitutione. Satiſfaciendum enim utcunque erat de ſtipendio militibus ſeu rutheris, qui illo adventarant, ut à rapinis & amplioribus violentiis civitas ſervaretur.

* *Civili victoria* Buchelius legit ad Hedam *hiſt. Ultraj. pag.* 312.

CAP. IV.

Soluta obsidio Montfurti. Fames quæ Ultrajecti. Ejusdem obsidio.

Audito vero ab Hollandinis, qui obsidione castellum *Montfoort* cinxerant, quod sic à Clivensibus Trajectum irruptum fuisset, statim soluta obsidione discesserunt. Sed evestigio hujusmodi civitatis captivitatem multæ denuo & magnæ eidem civitati calamitates secutæ sunt. Primum dira fames & omnium victualium caristia magna. Cœperat enim aliquantum remitti de pretio annonæ & cunctorum victualium ab illo die, quo civitas tyrannide excussa sese sub legitimi Principis sui atque Pontificis potestatem reduxerat, cum ex Hollandia & vicinis terris cuncta secure atque affluenter advehe-rentur. Minuebatur indies rerum omnium usui vitæ necessariarum decrescebatque pretium, unde exultatio & ingens lætitia plebi erant, * hujusce commoditates sibi provenisse cernenti, quibus biennio privata sub dira servitute tyrannorum, fame, & penuria omnium rerum elanguerat. Sed heus, proch dolor! hujusmodi momentanea lætitia civitati statim versa est in luctum & lamentum. Nam post irruptionem Clivensium, facta denuo civitate omnibus vicinis terris inimica, nullo ex latere in eam victualia importabantur. Poterant forte nonnulla ex Transyselanis oppidis advehi, sed cum tantis sumptibus & periculis, quod cum ad civitatem usque pervenire potuissent, tam care ea venundari oportebat, quod plebis humilioris ad ea emenda facul-

* Reliqui, ut reperi: nam & alibi sic locutus.

cultates minime sufficiebant. Erat tunc annona ubique cara, sed ex vectura seu conductu pretium ad tertiam partem vel amplius in civitate excrescebat, & ex tunc rarissime aliqua invehebantur ad civitatem. Ex quo contingebat, quod simul cum caritate annonæ invalescebat & fames. Non multum vero post circa festivitatem nativitatis beati Johannis Baptistæ illustrissimus Princeps *Maximilianus* Dux Austriæ compatiens piissime casui piissimi Pontificis, qui sic à Clivensibus, hostibus etiam suis, fuerat circumventus & captus, quem ipsi de Trajecto Amersfordiam transportaverant, ne forte ob ipsius præsentiam aliqui in civitate res novas moliri aggrederentur, collecto valido exercitu ad duo millia equitum & x. aut xii. millia peditum ipsam civitatem obsidione cinxit & vallavit, non quidem ex omni parte, sed ex ea maxime, unde obsessis vel annonæ subsidia vel succursus solatia provenire potuissent. Admotis autem ad mœnia & turres dejiciendas petrariis & balistis magnam muri partem, quæ vicina est monasterio religiosarum, quæ vulgo *albæ Dominæ* vocantur, dejecit. Quod videntes *Engelbertus* Domicellus, Dominus de *Montfoort*, & alii, qui in civitate erant, & per eam partem civitatem expugnari metuentes, dato eis securo accessu, ipsum illustrissimum Dominum Ducem adierunt supplices ab eo pacem petituri, obtuleruntque se deditionem facturos, si eis certæ, quas petebant conditiones, gratiose concederentur. Et eas quidem clementissimus Princeps concessit. Adjecit tamen aliqua ultra hæc, quæ cives perferre onera & tolerare deberent, quæ cum factu non dif-

noch meer ander Ridderen ende knechten. Op den xiv. dach in Februario so syn dese Heeren in sinte Bartolomeus kerck binnen Franckenvoert gekomen, ende daer wort een misse gesongen van den Heyligen Geest. Ende na die mis so gingen die Coervorsten kiesen een Roomsche Coninck mit consent ende goede wil des Keysers, ende daer wert doe gecoren des Keysers soon *Maximiliaen* de Hertoch van Oostenryck voersz. Ende als dese elexi mit grooter feesten gedaen was, so syn alle dese Heeren gereyst tot Aken om desen gecoren Coninck daer te cronen. Sy hebben hem dan aldaer na ouder gewoenten gecroent op den ix. dach in April, dat was doe de anderde Sondach na Paschen in dat voersz jaer. Als dan de Roomsche Coninck was sittende tot Aken, en syn Coninclike croen hebbende op syn hooft, Coninck *Karels* de Grooten croen, ende in syn hant de selfde Coninck *Karels* sweert, so heeft hy dat swaert uytgetogen om daer mede Ridderen te slaen alle die geen, die daer bereyt stonden om Ridder te werden. Hy heeft dan daer tot twie hondert † Edelen gemaict Ridders, daer die Overste of waren *Philips* de Palsgraef van den Ryn Koervorst, *Arnest* die Hertoch van Beyeren, *Karel* die Prins van Gelre, *Willem* de Lantgraeff van Hessen in Cassel, *Walraven* die Heer van Brederoeden, *Gysbert* die Heer van Bronchorst, *VVillem* van Egmont Heer van Haeps, ende noch meer ander groote Heeren, die nu al te veel waren te schryven.

† Verum ergo quod dixi, quod miles nobili prælatus, & pluris miles, quam nobilis, *lib. 4. de Nobilit. cap. 13.*

ALI-

ALIQUOT ADHUC NOTÆ

ET

APPENDIX

Actorum veterum

AD

JOANNEM a LEYDIS.



Ag. 188. *den eerstengecroonden Coninc van Vrancryck Pharamundus.* Franci utrum habuerint primum Reges an Duces nondum adhuc satis liquet. Ducum tantum meminit Sulpitius Alexander. Alii Reges eos vocant. Regales etiam Sulpitius. Et Regales non Reges. Gregor. Turonens. 2. *hist. cap.* 9. *De Francorum vero regibus, quis fuerit primus, a multis ignoratur. Nam cum multa de eis Sulpitii Alexandri narret historia, non tamen regem primum eorum ullatenus meminit: sed duces eos habuisse dicit.* & mox: *Hæc acta cum duces essent retulit: & deinceps ait, Post dies pauculos Marcomere & Sunnone Francorum regalibus transacto cursim colloquio &c. Cum autem eos regales vocet, nescimus utrum reges fuerint, an vices tenuerint regum.* Ascaricum & Radagisum objectos feris a Constantino Reges vocant Panegyristæ. Et sunt alii, quorum meminit Pontanus *lib.* 4. *orig. Francic. cap.* 5. Sed hi utrum Reges dicti proprie an improprie in eo tota adhuc quæstio. Panegyristæ enim haud dubie augent rem pro more, & multo reddunt ampliorem. Fuisse ipsis Reges, cum Rhenum transmisissent & occupassent Thuringiam loco jam citato etiam tradit Gregorius. Theo-

de-

demeris ibi meminit. Etiam Chlogionis, quem Auctor hic vocat Clodium. Clodium etiam Sigebertus filium faciens Pharamundi, non ut Auctor hic Marcomiri. *Clodius*, inquit ad Ann. 430. *filius Faramundi, Rex crinitus, regnat super Francis annis xx. Ex hoc Franci crinitos Reges habere cœperunt.* Crinitos non a barba, ut perperam rursum Auctor, sed cæsarie promissa. Certum enim quod id olim Francorum regum insigne. De filiis Regis Clodovei, qui primus Regum Christianus, Agathias agens *lib.* 1. *Non multo post tempore*, inquit, *Chlotomerus adversus Burgundiones exercitum ducens, in ipso prælio, pectus jaculo ictus, interiit. Quo humi jacente Burgundiones promissam illius laxamque comam, & ad scapulas usque pertingentem conspicati, confestim intellexerunt se ducem hostium interfecisse. Solenne enim est Francorum regibus nunquam tonderi: sed a pueris intonsi manent. Cæsaries tota decenter in humeros propendet &c. idque velut insigne quoddam eximiaque honoris prærogativa regio generi apud eos tribuitur. Subditi enim orbiculatim tondentur &c.* Non scripsisset Altéserra ad Gregor. *d. loc.* si in locum hunc incidisset, crinitos fuisse omnes Francos, nec Regum jus id peculiare, & quod de Regibus crinitis a Gregorio memoratur, pertinere id tantum eo, ut creatos intelligatur a Francis de sua gente. Quid an olim ergo de aliena? Et ubi quæso de eo quicquam?

Pag. 294. *ende hy wert gecroont int jaer ons Heeren* DCC. *vier en vyftich.* Et unctus & coronatus. Nam simul factum utrumque. Chronic. Fontanellens. *A B. Bonifacio Archiepiscopo unctus Rex constituitur Francorum.*

tum. Vetus Chronicon apud Henschen. loc. jam dict. *Anno* IↃCCLIV. *supradictus Apostolicus Stephanus confirmavit Pippinum unctione facta in Regem, et cum eo inunxit filios ejus &c.* Iperius Albas Sithivens. in Chron. Bertinian. *Hujus secundæ coronationis Pippini tempore Rex Hildericus monachus hujus ecclesiæ obiit.* Prima contigit ei unctio anno DCCL. Ad quem ita Sigebertus: *Hildricus Rex Francorum in monachum tonsuratur: Pipinus vero Princeps auctoritate Apostolica, & Francorum electione, a sancto Bonifacio Moguntiæ Archiepiscopo in Regem ungitur & consecratur.* Addit quod id contigit in civitate Suessionum Annalium incertus Auctor apud Pithæum. Add. & Henschen. *d. loc.*

Ibid. *ende van sinte Remigio gedoept was, ende syn neem Ludovicus genoemt.* Mutabant nomen baptizati (vulgo enim ita moris) sed citra ullam necessitatem. Nam & sunt, qui non mutarunt. Nec mutavit Clodoveus. *Clodoveum* vocat Flodoardus etiam postquam jam baptizatus *lib.* 1. *hist. Remens. cap.* 14. *& seqq.* interdum etiam *Ludovicum* aut *Ludowicum ibid.* Sed *Clodoveus*, utrum dicas, an *Ludovicus* non refert, ut nec refert utrum dicas *Clouys* an *Louys*. Olim qui frequentius solebat dici Clodoveus, progressu passim temporis dein dictus *Ludovicus*. *Chluduicus* apud d'Achery est *to.* 4. *Spicil. pr.* in charta Ann. DCCC. XXII. De nomine autem ipso Helmoldus Nigellus *lib.* 1.

Nempe sonat Hluto præclarum. WIGGH *quoque Mars est.*
Unde suum nomen composuisse patet.

Vid. & *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 27. Et quod dixi de baptizatis revera etiam sic se habet res. Nec necesse

cesse ut miremur. Papæ etiam mutant nomen, sed non mutant inviti. Quod habebat retinuit Marcellus Papa II. Sleydan. *lib.* 26. *hist.*

Pag. 298. *des Keysers dochter van Griecken ende Constantinopel, die genoemt was Theophanus.* Nec hæc magni momenti. Cui nomen *Theophanus* Imperaror non fuit. Nec nomen Græcum *Lutgarda.* Nec inter filias Imperatorum, quamvis quæras sollicite, *Lutgardam* reperies. Theophaniæ etiam soror (quæ Ottoni II. nupta, & cujus meminit insignis Auctor Lambertus Schafnaburgensis, *Theophanam* eam vocans ad Ann. 972. *Anno*, inquit, 972. *Othoni juniori Imperatori missa est Theophana ab Imperatore de Græcia*,) non Lutgarda fuit, sed Theodora filia Imperatoris Romani Junioris, qui cum vita concessisset relictis filiis impuberibus Basilio & Constantino, filiabus autem Theodora & Theophania, successorem accepit Nicephorum Phocam, qui imperio potitus alteram *Theophaniam* Romani viduam sibi junxit. Theodora autem non Syfrido sed qui Phocæ successit Joanni Zimiscæ nupta. Historiam tangit Sigebertus ad Ann. 969. *Imperator Otho, dum partem exercitus ad Græcos misisset, ut uxorem filio suo Othoni acciperent, Græci super eos irruunt, castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, & Constantinopolim mittunt. Ad hoc dedecus vindicandum Imp. Otho eminentiores ex suis in Calabriam mittit, qui Græcos aggressi plures occidunt &c. Constantinopolitani audientes a suis male pugnatum esse in Calabria contra Imperatorem suum Nicephorum insurgunt.* Add. eund. ad Ann. 972. Et hic est Nicephorus, ad quem missus ab Othone, & conjuge

ejus

ejus Adelheida Luitprandus Cremonensis, cujus extat Legatio. Meminit Leudegardis filiæ Comitis Burgundionum Gisleberti Odorannus ad Ann. DCCCLVI. Sed id nihil ad Lutgardam, de qua noster, qui nugatur hic.

Pag. 350. *Ende daerna so gingen sy kiesen ende koren eendraehteliken Heer Gysbrecht van Brederode.* Facta electio hæc per scrutinium, & scripto publico comprehensa, cujus hoc est exemplum. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Anno a nativitate Dni M. CCCC. quinquagesimo quinto, indictione tertia, die vero Lunæ septima mensis Aprilis hora octava ante meridiem, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Dni* Nicolai *divina providentia Papæ quinti anno nono, Venerabiles & circumspecti viri Dns* Gysbertus *de* Bredenrode *Præpositus & Archidiaconus majoris,* Wilhelmus *de* Hees *Decanus ejusdem majoris,* Walterus *de* Gouda *sancti Petri,* Theodoricus *de* Wassenaer *sancti Johannis,* Adulphus *de* Rutenberch *beatæ Mariæ Præpositi,* Walterus Grawert *sancti Salvatoris,* Petrus Zuermont *de* Hindersteyn *dicti sancti Petri,* Gerardus Vrenck *ejusdem sancti Johannis Decani,* Gysbertus Hermanni, Volkerus *de* Lichtenberch, Hermannus Vos, Gerardus *de* Damasco, Lumannus Zuermont, Nicolaus *de* Camp, Johannes Hondertmarck, Henricus Rover *de* Wynsen, Henricus Pot, Gysbertus Albout, Nicolaus Cluetinck, Swederus Cluetinck, Johannes *de* Mekeren, Petrus *de* Beuchem, Hermannus Droem, Wilhelmus Modde, Andreas Knyff, Wilhelmus *de* Backerweerde, Arnoldus Taets, Petrus *de* Gouda,

Hen-

Henricus Vos, Nicolaus de Sparnewoude, Johannes Reyneri, Hermannus Scholl, Gerardus *de* Zuggeroede, Jacobus Dibbout, Ludolphus Backer, Johannes *uten* Thweert, Henricus *van den* Oever, Johannes *de* Wittenhorst, Ernestus *de* Steenre, Conrardus *de* Coesveldia, Gerardus Wit *de* Kyllenstein, Swederus *de* Jutfaes, Nicolaus Modde, Symon *de* Medenblick, Gerardus *de* Groet, Theodericus Grawert, Guido *de* Bloys, Judocus *de* Amsterdam, Alphardus *de* Montfoerde, Johannes *de* Leydis, Hermannus *de* Wechte, Nicolaus *de* Schiedam, Theodericus Steenwyck, Johannes *de* Wyc, Johannes *de* Oudencoep, Gerardus Zoudenbalch, Petrus Ramp, Johannes *de* Drakenburch, Everardus Griffinck *de* Volrats, Fredericus *de* Mera, Johannes *de* Vianen, Florentius *de* Jutfaes, Theodericus Vuystinck, Otto *de* Tyela, Johannes Wit, Nicolaus *de* Porta, Johannes Voecht, Wilhelmus *de* Montfoerde, Johannes *de* Schiedam, & Johannes *de* Arkun, *earundem majoris, sancti Salvatoris, sancti Petri, sancti Johannis, & beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium Canonici Capitulares, Capitulum generale ecclesiarum prædictarum repræsentantes & facientes in loco Capitulari majori dictæ majoris ecclesiæ Trajectensis, in nostrorum Notariorum publicorum & testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter & Capitulariter congregati & constituti, ac vacante ecclesia Trajectensi per mortem bonæ memoriæ Dni* Rudolphi Diepholt *Episcopi dum vixit Trajectensis, qui die vicesima quarta mensis Martii proxime præteriti, sicut Altissimo placuit, debitum naturæ exolvit, ipsiusque corpore*

tradito ecclesiasticæ sepulturæ, ne ex diutina vacatione ecclesia Trajectensis prædictæ dicta ecclesia in spiritualibus & temporalibus dispendia & incommoda pateretur, Venerabilis vir Dns Wilhelmus de Hees Decanus ecclesiæ majoris Trajectensis præfatæ proposuit & dixit Capitulum generale juxta terminum alias Canonice præfixum super electione seu postulatione futuri Episcopi Trajectensis facienda tam præsentibus quam absentibus ad electionem aut postulationem hujusmodi de jure aut consuetudine vocandis fuisse & esse legitime intimatum ad diem & horam præsentes cum continuatione dierum & horarum sequentium, prout constabat publicis documentis, nec non michi Petro Notario publico subscripto quandam papyri cedulam monitorium & protestationem in se continentem legendam tradidit atque dedit, cujus cedulæ tenor sequitur & est talis: Monemus & requirimus omnes majori excommunicatione innodatos, seu excommunicatos, suspensos, & interdictos, & alios quoscunque in hoc Capitulo præsentes, qui electioni aut postulationi episcopi Trajectensis nunc fiendæ non debent de jure aut consuetudine interesse, quatenus exeant. Alioquin protestamur, quod vota ipsorum nullum suffragium præstabunt, nec alicui nocumentum afferent eligendo aut postulando, et quod ipsos non intendimus admittere ad electionem seu postulationem hujusmodi, quodque pro non receptis vel admissis habeantur. Qua cedula alta & intelligibili voce lecta omnes & singuli Prælati & Canonici Capitulares prædicti hujusmodi monitionem & protestationem factam ratam & gratam habentes, Spiritus sancti gratia invocata, ulterius processerunt, & deliberatione inter eos præhabita, per quam formam esset in hujusmodi nego-

tio

tio procedendum. Placuit eis omnibus & singulis per viam Scrutinii ad electionem seu postulationem Episcopi futuri dictæ ecclesiæ Trajectensis fore procedendum & vacanti ecclesiæ de Pastore providendum. Unde in continenti assumpti sunt concorditer tres, videlicet Venerabiles & Circumspecti viri Dni & Magistri Walterus *de* Gouda *Præpositus sancti Petri, ac Canonicus & Thesaurarius majoris*, Petrus Zuermont de Hindersteyn *ejusdem sancti Petri*, & Gerardus Vrenck *sancti Johannis Decani ecclesiarum Trajectensium supra nominati de dicto Capitulo generali Scrutatores. Quibus dederunt plenum potestatem, ut secrete & singillatim vota omnium, primo tamen sua, & deinde aliorum, super electione seu postulatione dicti futuri Pontificis & Pastoris diligenter inquirerent, ipsaque in scriptis redigi facerent, ac ipsa sic in scripturam redacta in communi publicarent, & eisdem publicatis collationem facerent, prout foret in talibus opportunum. Scrutatores autem prædicti sub fide juramenti ecclesiis eorum per ipsos præstiti potestatem hujusmodi eis traditam acceptantes, & ad unam partem dicti loci, ne ab aliis audirentur, se retrahentes, associatis sibi nobis Notariis & testibus infra scriptis, qui juramenta de fideliter omnia & singula in scrutinio necessaria conscribendo tunc personaliter fecimus, secrete & sigillatim inquisierunt diligenter primo ad invicem hujusmodi vota sua, & deinde aliorum, prout sequitur in hunc modum: Duo etenim ex ipsis Scrutatoribus, videlicet* D. Petrus Zuermont *de* Hindersteyn, *sancti Petri, &* Gerardus Vrenck *sancti Johannis ecclesiæ Trajectensis Decani prædicti tertium videlicet Venerabilem & Circumspectum virum Magistrum* Walterum de Gouda *Præpositum*

 um

tum & Archidiaconum ecclesiæ sancti Petri prædicta adjuraverunt in hunc modum: Adjuramus vos per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & in periculum animæ vestræ, ac sub debito præstiti juramenti ecclesiæ vestræ tactis sacrosanctis scripturis, ut secundum vestram potestatem & justam conscientiam, & secundum Deum duntaxat, omni carnalitate, favore, odio, & amore, & præmio temporali, & expectatione ejusdem præmii postpositis, & omni spe corruptelæ seclusa &c. in illum dirigatis votum vestrum & consensum, quem credițis ecclesiæ Trajectensi viduatæ utiliorem, meliorem, magis ydoneum, præficiendum in Episcopum Trajectensem. *Ipse vero Magister* Walterus *de* Gouda *Præpositus antedictus sic adjuratus consensit in generosum, ac magnæ circumspectionis & industriæ virum, Dum* Gysbertum *de* Bredenroede *Præpositum & Archidiaconum Trajectensem in hunc modum:* Ego Walterus de Gouda Præpositus & Archidiaconus sancti Petri Trajectensis ac Canonicus & Thesaurarius majoris ecclesiæ consentio in Venerabilem & generosum virum Dnm Gysbertum de Bredenrode Præpositum & Archidiaconum Trajectensem, quia scio ipsum esse scientificum, & virtuosum virum, ac in sacro ordine constitutum, ipsum nomino eligendum in Episcopum & Pastorem ecclesiæ Trajectensis. *Deinde Venerabiles Dni* Wolterus *de* Gouda *Præpositus &* Gerardus Vrenck *Decanus prædicti præfatum Dnm* Petrum Zuermont *de* Hindersteyn *Decanum prædictum &c. simili modo adjurarunt, qui sic adjuratus consensit in eundem Dnm* Gysbertum *de* Bredenrode *Præpositum & Archidiaconum Trajectensem in hunc*

mo-

modum: Ego Petrus Zuermont de Hindersteyn Decanus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis consentio in generosum & magnæ circumspectionis virum D. Gysbertum de Bredenrode Præpositum & Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. *Consequenter dictus* Gerardus Vrenck *Decanus ecclesiæ sancti Johannis prædictus a præfatis sociis suis scilicet Dnis & Magistris* Waltero *de* Gouda *Præposito &* Petro Zuermont *de* Hindersteyn *simili modo adjuratus consensit eodem modo in Venerabilem & scientificum virum, Dnm* Gysbertum *de* Bredenrode, *Præpositum & Archidiaconum in hunc modum*: Ego Gerardus Vrenck Decanus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis consentio in Venerabilem & generosum virum Dnm Gysbertum de Bredenrode Præpositum & Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem, quia scio ipsum ad hujusmodi Episcopatum regendum utilem & ydoneum. *Post hoc vero dicti Dni Scrutatores absque notabili intervallo processerunt ad scrutinium aliorum Dnorum prædictorum secreto & sigillatim votum cujuslibet exquirentes. Inprimis Generosus & Circumspectus vir D.* Gysbertus *de* Bredenrode *Præpositus & Archidiaconus Trajectensis vocatus, & ab eisdem Scrutatoribus juxta formam prædictam adjuratus, consensit in Venerabilem virum Magistrum* Dionysium *de* Monmorancy *Canonicum Leodiensem in hunc modum*: Ego Gysbertus de Brederode Præpositus & Archidiaconus Trajectensis consentio in Venerabilem & scientificum virum Magistrum Dionysium de Momorancy Canonicum Leodiensem, ipsumque nomino eligendum

in Episcopum Trajectensem. *Item Venerabilis Dns & Magister* Wilhelmus *de* Hees *Decanus majoris ecclesiæ Trajectensis legum Doctor simili modo vocatus & adjuratus consensit in dictum* Gysbertum *de* Brederode *Præpositum & Archidiaconum Trajectensem in hunc modum:* Ego Wilhelmus de Hees Decanus majoris ecclesiæ Trajectensis consentio in Generosum ac magnæ circumspectionis virum Dnm Gysbertum de Brederode Præpositum & Archidiaconum Trajectensem respiciendo statum & concordiam totius patriæ Trajectensis, ac omnium degentium in eadem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum & Pastorem ecclesiæ Trajectensis. *Item dictus* Theodoricus *de* Wassenaer *Præpositus & Archidiaconus sancti Johannis, Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis, Sedis Apostolicæ Prothonotarius modo præmisso vocatus & adjuratus consensit in dictum D.* Gysbertum *de* Brederode *Præpositum & Archidiaconum Trajectensem in hunc modum:* Ego Theodoricus *de* Wassenaer Præpositus sancti Johannis & Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis consentio in Venerabilem & prudentem virum Dnm Gysbertum de Brederode Præpositum & Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum & Pastorem ecclesiæ Trajectensis. *Item Dns* Adolphus *de* Rutenborch *Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis eodem modo vocatus & adjuratus consensit in Dnm* Gysbertum *de* Bredenrode *Præpositum & Archidiaconum Trajectensem prædictum in hunc modum:* Ego Adolphus *de* Rutenborch Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis consentio in Generosum virum Dnm Gysbertum

bert-

bertum *de* Brederode Præpositum & Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomnino eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Dns* Wouterus Grawert *Decanus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis prout supra vocatus & adjuratus consensit in prædictum Dnm* Gysbertum *Archidiaconum Trajectensem in hunc modum:* Ego Wouterus Grawert Decanus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomine eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item D.* Gysbertus Heerman *Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis sic vocatus & adjuratus similiter consensit in D.* Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum Trajectensem nominando ipsum eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. Item Dns* Volkerus *de* Lichtenberch *Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis deinde advocatus & adjuratus eodem modo consensit in Dnm* Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum Trajectensem sub hac forma:* Ego Volkerus de Lichtenberch Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis consentio in generosum Dominum Gysbertum de Bredenrode Præpositum & Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem, quia scio ipsum esse utilem ad regendum Episcopatum Trajectensem tam in spiritualibus quam in temporalibus. *Item Dns* Hermannus Vos *Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis vocatus & adjuratus consensit in Dnm* Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum Trajectensem in hunc modum:* Ego D. Hermannus Vos consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidia-

conum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Dn* Gerardus de Damasco *Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis consensit in illustrem Dnm* Stephanum *de* Bavaria *Canonicum & Thesaurarium Coloniensem hoc modo:* Ego Gerardus de Damasco consentio in illustrem Dominum Stephanum de Bavaria Canonicum & Thesaurarium Coloniensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item Dns* Lumannus Zuermont *Canonicus sancti Johannis Trajectensis vocatus & adjuratus consensit in D.* Gysbertum *de* Brederode *Archidiaconum Trajectensem sub his verbis:* Ego Lumannus de Zuermont consentio in D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Dns* Nicolaus *de* Camp *Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis vocatus similiter & adjuratus consensit in eundem D.* Gysbertum *Archidiaconum hoc modo:* Ego Nicolaus de Camp consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem. *Item D.* Johannes Hondertmarck *Canonicus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis similiter vocatus & adjuratus consensit in Dnm* Gysbertum *Archidiaconum prædictum in hunc modum:* Ego Johannes Hondertmarck consentio in Dnm Gysbertem de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Dns* Henricus *de* Wynsen *Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis vocatus similiter & adjuratus consentiendo in Dnm* Gysbertum *Præpositum dixit in hæc verba:* Ego Henricus Ro-

ver de Wynsen consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem, quia ipsum virum prudentem & circumspectum cognosco pro regimine dicti episcopatus. *Item D.* Henricus Pot *Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis vocatus & adjuratus consensit eodem modo in* Gysbertum *prædictum in hunc modum:* Ego Henricus Pot consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem. *Item Dns* Gysbertus Abbout *in Artibus Magister, & in jure Canonico Baccalaureus, Canonicus dictæ ecclesiæ sancti Johannis similiter vocatus & adjuratus dicendo votum suum pro Dno* Gysberto *Archidiacono prædicto dixit in hæc verba:* Ego Gysbertus Abbout consentio in Dnm Gysbertum Archidiaconum Trajectensem, & ipsum nomino eligendum in episcopum & Pastorem. *Item Dns.* Johannes Cluetinck *Canonicus ejusdem ecclesiæ sancti Johannis vocatus & adjuratus dixit:* Ego Nicolaus Cluetinck consentio in D. Gysbertum de Brederoede Archiaconum Trajectensem, ipsumque Dnm Gysbertum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item Dns* Swederus Cluetinck *Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis vocatus & adjuratus similiter consensit in eundem D.* Gysbertum *dicenda.* Ego Swederus Cluetinck consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Dns* Johannes *de* Mekeren *Canonicus ecclesiæ beatæ*

Mariæ Trajectensis vocatus & adjuratus eodem modo consentiendo in Dnm Gysbertum *prædictum dixit:* Ego Johannes de Mekeren consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem. *Item D.* Petrus *de* Benthem *Canonicus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ vocatus similiter & adjuratus dixit:* Ego Petrus de Benthem consentio in Dnm Gysbertum &c. *Item Magister* Hermannus Droem *decretorum Doctor, Canonicus majoris, ac Scholasticus & Canonicus dictæ beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium similiter vocatus & adjuratus dixit hæc verba:* Quia ego cognovi D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem a juventute, & scio, quod ipse fuit studens successive in Coloniensi, Lovaniensi, & Parisiensi studiis universalibus, quodque est in sacro ordine constitutus, ac scientificus & virtuosus, ideo consentio in eundem Dnm Gysbertum Archidiaconum Trajectensem, & nomino ipsum eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item D.* Wilhelmus Modde *Canonicus sæpe dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis vocatus & adjuratus consensit in eundem Dnm* Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum nominando ipsum eligendum in Episcopum Trajectensem. Item D.* Andreas Knyff *Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis similiter vocatus & adjuratus dando votum suum dixit:* Ego Andreas Knyff consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem. *Item Dns* Wilhelmus

de

de Backerweerde *Canonicus dicta ecclesia sancti Petri vocatus & adjuratus, ut supra, dedit votum suum dicendo:* Ego Wilhelmus de Backerweerde consentio in D. Gysbertum &c. *ut proxime. Item Dns* Arnoldus Taets *Canonicus ejusdem ecclesia sancti Petri vocatus & adjuratus dixit:* Ego Arnoldus Taets consentio in generosum Dnm Gysbertum de Brederode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Magister* Petrus *de* Gouda *Canonicus ecclesia majoris Trajectensis vocatus & adjuratus similiter consentiendo respondit:* Ego Petrus de Gouda consentio in Dnm Gysbertum de Brederoede Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino &c. *Item D.* Henricus Vos *Canonicus ecclesia S. Petri Trajectensis vocatus consimiliter & adjuratus exprimendo intentionem suam dixit:* Ego Henricus Vos consentio &c. *Item D.* Nicolaus *de* Sparnewoude *Canonicus dicta ecclesia S. Petri vocatus & adjuratus dedit similiter votum suum in hunc modum:* Ego Nicolaus *de* Sparnewoude consentio in D. Gysbertum de Bredenrode &c. *Item Magister* Johannes Reyneri *Canonicus ecclesia sancti Salvatoris Trajectensis, ac in artibus & Medicina Magister, adjuratus dixit:* Ego Johannes Reyneri consentio in Venerabilem & generosum Dominum Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem; sciens ipsum fore virum scientificum & virtuosum. *Item D.* Hermannus Scholl *Canonicus ecclesia majoris Trajectensis similiter vocatus & adjuratus consensit dicendo:* Ego Hermannus Scholl consentio in

in Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Magister* Gerardus Suggerode *Canonicus beatæ Mariæ Trajectensis & sancti Lebuini Daventriensis ecclesiarum similiter vocatus & adjuratus habita desuper aliquali deliberatione dixit:* Ego Gerardus de Suggerode consentio in generosum Dominum Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, quia est vir literatus, ætatis sufficientis, eloquens, & intantum approbatus, quod illustrissimus Dns Dux Burgundiæ elegit eum ad interessendum Consilio suo, ad regendum terras Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, & in regimine sibi commisso sic se habuit, quod tota patria illa ac ecclesia & civitas Trajectensis de sua promotione recipient consolationem, Idcirco ipsum nomino eligendum in Episcopum & Pastorem ecclesiæ Trajectensis. *Item D.* Jacobus Dibbout *Magister in Artibus & in jure Canonico Baccalaureus, Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis, similiter vocatus & adjuratus dixit intentionem suam in hunc modum:* Ego Jacobus Dibbout consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item Dns* Ludolphus Backer *Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis eodem modo vocatus & adjuratus dedit votum suum dicendo:* Ego Ludolphus Backer consentio in Dnm Gysbertum &c. *ut supr. Item D.* Johannes *uten* Thweert *Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis prout supra vocatus & adjuratus dixit:* Ego Johannes *uten* Thweert consentio &c. *ut*

supr.

stipr.: Item Dns Henricus *van den* Oever *Canonicus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis vocatus & adjuratus, respondit in hunc modum:* Ego Henricus van den Oever consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, & nomino ipsum eligendum in Episcopum Trajectensem, & scio ipsum propter multiplices suas virtutes fore utilem pro regimine ecclesiæ Trajectensis. *Item Dns* Johannes *de* Wittenhorst *Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis consensit in illustrem Dominum* Stephanum *de* Bavaria *Canonicum & Thesaurarium Coloniensem in hunc modum:* Ego Johannes de Wittenhorst consentio in illustrem Dnm Stephanum de Bavaria Canonicum & Thesaurarium Coloniensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem, *Item Dns* Ernestus *de* Steenre *Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis consequenter vocatus & adjuratus respondit:* Ego Ernestus de Steenre consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item D.* Conrardus *de* Coesveldia *Canonicus & Scholasticus dictæ ecclesiæ majoris Trajectensis, simili modo vocatus & adjuratus dixit hæc verba:* Ego Conrardus de Coesveldia consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino &c. *Item Magister* Gerardus Wit *de* Killensteyn *Artium magister & in decretis Licentiatus sic vocatus & adjuratus dixit:* Ego Gerardus Wit de Killensteyn, quia scio D. Gysbertum de Bredenrode virum virtuosum, literatum & eloquentem, consentio in eundem, ipsum-

que

que nomine eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item D.* Suederus *de* Weteringe *artium Magister, Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis, eodem modo vocatus & adjuratus dixit intentionem suam in hunc modum:* Ego Suederus de Weteringe consentio in D. Gysbertum de Brederode Archidiaconum Trajectensem, & nomino ipsum eligendum in episcopum Trajectensem. *Item Dns.* Henricus *de* Jutfaes *Canonicus dictæ ecclesiæ majoris Trajectensis vocatus & adjuratus dando votum suum dixit:* Ego Henricus de Jutfaes consentio in Dnm Gysbertum de Brederode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item D.* Nicolaus Modde *Canonicus & Thesaurarius ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis vocatus & adjuratus dixit intentionem suam hoc modo:* Ego Nicolaus Modde consentio in D. Gysbertum &c. *ut supr. Item D.* Simon *de* Medenblick *Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis vocatus modo præmisso & adjuratus consensit & dixit similiter hoc modo:* Ego Simon de Medenblick consentio in Dnm Gysbertum &c. ut supr. *Item D.* Gerardus *de* Groot *Canonicus dictæ ecclesiæ sancti Johannis vocatus & adjuratus eodem modo consensit in D.* Gysbertum *de* Brederode *prædictum in hunc modum:* Ego Gerardus de Groot consentio in Dnm Gysbertum de Brederode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Magister* Theodoricus Grawert, *in decretis Licentiatus, Canonicus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis, similiter vocatus & adjuratus dan-*

dando votum suum pro D. Gysberto *de* Brederode *de prædicto dixit hæc verba:* Ego Theodoricus Grawert quia scio D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem in consiliis negotiorum tam spiritualium quam temporalium fore prudentem & maturum, consentio in eundem D. Gysbertum, & nomino ipsum eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item D.* Guido *de* Bloys *Canonicus dictæ ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis dixit vocatus & adjuratus:* Ego Guido de Bloys consentio in generosum Dominum Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item Dns* Judocus *de* Amsterdam *in Artibus magister Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis vocatus & adjuratus similiter consensit in Dnm Gysbertum de* Bredenrode *dicendo:* Ego Judocus de Amsterdam consentio in D. Gysbertum &c. *Item Magister* Alphardus *de* Montfoerde, *Licentiatus in legibus, Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, vocatus & adjuratus eodem modo consentiendo in Dnm* Gysbertum *Archidiaconum Trajectensem dixit:* Quia Episcopus Trajectensis pro tempore habet vigilare non solum in spiritualibus, verum etiam in temporalibus, pro quiete regiminis patriæ Trajectensis, consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, cui omnes Barones & nobiles patriæ Trajectensis consanguinitate & affinitate conjuncti sunt, & propterea ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Dns* Hermannus *de* Wechte *Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis vocatus & ad-*

adjuratus similiter, consensit in eundem D. Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum Trajectensem nominando ipsum eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. Item* Nicolaus *de* Schiedam *Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis, prout supra, vocatus & adjuratus dando votum suum dixit:* Ego Nicolaus de Schiedam consentio in Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item D.* Theodoricus *de* Steenwyck *Canonicus dictæ ecclesiæ sancti Petri Trajectensis vocatus & adjuratus dedit votum suum similiter dicendo:* Ego Theodoricus Steenwyck de Amsterdam consentio &c. ut supr. *Item D.* Johannes *de* Wyc *Canonicus, ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis vocatus & adjuratus dixit:* Ego Johannes de Wyck consentio &c. *ut supr. Item D.* Johannes *de* Oudencoep *ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis Canonicus vocatus & adjuratus similiter consentiendo respondit:* Ego Johannes de Oudencoep consentio &c. *ut supr. Item D.* Everardus Zoudenbalch *Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis, ac fructuum Cameræ Apostolicæ per civitatem & diœcesin Trajectensem debitorum Collector generalis, consimiliter vocatus & adjuratus exprimendo intentionem suam dixit hæc verba:* Ego Everardus Zoudenbalch consentio in generosum Dominum Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem, & Pastorem, quia scio ipsum fore virum providum & eloquentem. *Item D.* Petrus Ramp, *Artium & Medicinæ Magister, Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ*

Tra-

Trajectensis vocatus & adjuratus dedit similiter votum suum in hunc modum: Ego Petrus Ramp consentio in generosum Dominum Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem. *Item D.* Johannes *de* Drakenburch *Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis vocatus & adjuratus dixit:* Ego Johannes de Drakenburch consentio in Circumspectum virum D. Gysbertum de Bredenrode &c. ut supr. *Item D.* Everardus Griffinck *de* Volrats *Canonicus dictæ ecclesiæ majoris vocatus & adjuratus similiter consentiit dicendo:* Ego Everardus Griffinck de Volrats consentio in Dnm Gysbertum &c. ut supr. *Item Magister* Fredericus de Mera *Artium magister, Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis, similiter vocatus & adjuratus dixit intentionem suam in hunc modum:* Ego Fredericus de Mera consentio in D. Gysbertum de Bredenrode &c. ut supr. *Item Dns* Johannes *de* Vianen *Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis eodem modo vocatus & adjuratus dedit votum suum dicendo:* Ego Johannes de Vianen consentio in Venerabilem dominum Gysbertum &c. ut supr. *Item Magister* Florentius *de* Jutfaes *Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis Artium & Medicinæ Magister, prout supra, vocatus & adjuratus dixit:* Ego Florentius de Jutfaes consentio in D. Gysbertum &c. *Item Magister* Theodoricus Vuistinck *Canonicus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis Artium magister vocatus & adjuratus respondit in hunc modum:* Ego Theodoricus Vuistinck consentio in D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum, & no-

mino ipsum eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item D.* Otto *de* Tyela *Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis vocatus & adjuratus dando votum suum similiter, prout supra, consentiit in D.* Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nominavit eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. Item Magister* Johannes Wit *Artium magister, Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis, consequenter vocatus & adjuratus respondit: Ego* Johannes Wit *consentio in D.* Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum Trajectensem, & nomino ipsum eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. Item D.* Nicolaus *de* Porta *Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis simili modo vocatus & adjuratus dixit hæc verba: Ego D.* Nicolaus de Porta *consentio in D.* Gysbertum *de* Bredenrode &c. ut supr. *Item D.* Johannes Voecht *Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis sic vocatus & adjuratus dixit:* Ego Johannes consentio &c. ut supr. *Item Magister* Wilhelmus *de* Montfoerde *Canonicus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis, Baccalaureus in decretis, simili modo vocatus & adjuratus dixit:* Ego Wilhelmus de Montfoerde consentio &c. ut supr. *Item Magister* Johannes *de* Schiedam *Decretorum Doctor, Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, vocatus & adjuratus dando votum suum dixit similiter hæc verba:* Ego Johannes de Montfoerde quia scio generosum Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem virum prudentem, compositum moribus, & ætatis sufficientis consentio in eundem D. Gysbertum Archidiaconum, & nomino ipsum eligendum in episcopum

pum Trajectensem & Pastorem. *Item D.* Johannes *de* Arkum *Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis prout ceteri vocatus & adjuratus dixit intentionem suam hoc modo*: Ego Johannes de Arkum consentio in D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem.

Investigatis igitur votis omnium, ut præfertur, & singulorum Dominorum suprascriptorum prælibati Domini Scrutatores inter se tractantes, quid de absentibus esset faciendum, & super hoc deliberati deputaverunt Magistrum Jacobum Johannis *Isbrandi Nuncium eorum juratum, testem infrascriptum, ad supra nominatos Prælatos & Canonicos, qui retulit eisdem in hunc modum: Venerabiles Domini Scrutatores inquisierunt vota omnium Dominorum præsentium, quid modo vultis fieri de absentibus, qui vota sua eorum Procuratoribus transmiserunt. Qui Domini in continenti ipsis Dnis Scrutatoribus, ut vota absentium per procuratores suos, sicut de præsentibus fecerant, eodem modo perscrutarentur, commiserunt. Unde præfati Domini Scrutatores habita & audita desuper relatione ipsius Magistri Jacobi Nuncii jurati procuratores singulorum Dnorum absentium, qui vota sua per Procuratores requirenda commiserunt, inceperunt perscrutari. Et primo Venerabilis Dns* Wilhelmus *de* Hees *Decanus ecclesiæ majoris Trajectensis per Dnos de Capitulo dictæ ecclesiæ majoris ad hoc deputatos præfatos Dnos Scrutatores accessit asserens Venerabilem & generosum virum D.* Mauritium *de* Spiegelenberch *Præpositum Embricensem super electione seu postulatione episcopi Trajectensis sibi & Capitulo ecclesiæ Trajectensis vices suas commisisse, prout hoc*

quadam litera per eundem Dnm Wilhelmum *Decanum ibidem exhibita sigillo ipsius Dni* Mauricii *sigillata constabat, & deinde dictus Dns* Wilhelmus *Decanus in animam præfati Dni* Mauricii *Præpositi, & Canonici majoris ecclesiæ Trajectensis, & sui ipsius adjuratus consentiit in generosum D.* Gysbertum *de* Bredenrode, *Archidiaconum prædictum in hunc modum:* Ego Wilhelmus de Hees Decanus ecclesiæ majoris Trajectensis ex commissione Capituli mei, nomine Venerabilis viri Dni Mauricii de Spiegelenberch Præpositi Embricensis Canonici Coloniensis consentio in generosum virum D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, & nomino ipsum eligendum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. *Deinde idem D.* Wilhelmus *de* Hees *Decanus majoris ecclesiæ Trajectensis procuratorio nomine Venerabilis viri Dni & Magistri* Johannis Pollart *tanquam Præpositi Arnhemensis & Canonici sancti Andreæ Coloniensis, prout de suæ procurationis mandato sufficienter docuit, ac in animam Domini sui constituentis adjuratus consensit in sæpe dictum Dnm* Gysbertum *de* Brederode *Archidiaconum hoc modo:* Ego Wilhelmus de Hees Decanus majoris ecclesiæ Trajectensis Procuratorio nomine Venerabilis viri Dni Magistri Johannis Pollart tanquam Præpositi Arnhemensis consentio prout supra in Dnm Gysbertum de Bredenrode, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. *Item Magister* Johannes *de* Mekeren *Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis procurator Venerabilis viri Dni* Theodorici Horst *Decani ecclesiæ beatæ Mariæ ad gradus Coloniensis, ac Canonici & Thesaurarii dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, prout de suæ procu-

curationis mandato sufficienter docuit, vocatus & in animam ipsius constituentis adjuratus, nomine quo supra consensit & dixit in hæc verba: Ego Johannes de Mekeren procuratorio nomine Venerabilis viri Dni Theoderici Horst Canonici & Thesaurarii ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis consentio in generosum ac circumspectum dominum D. Gysbertum &c. ut supr. *Item* Johannes Hondertmarck *Canonicus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ procuratorio nomine Venerabilis & circumspecti Domini, Magistri* Petri *de* Molendino *legum Doctoris, Decani ecclesiæ sancti Pauli Leodiensis, & Canonici ecclesiæ sancti Solvatoris Trajectensis, prout de suæ procurationis mandato docuit sufficienter vocatus & in animam dicti constituentis adjuratus consentiit dando votum Domini sui in hunc modum:* Ego Johannes Hondertmarck procuratorio nomine domini & Magistri Petri de Molendino Decani ecclesiæ sancti Pauli Leodiensis & Canonici ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis consentio in circumspectum D. Gysbertum &c. *ut* supr. *Item D.* Ludolphus Backer *Canonicus ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis procuratorio nomine Venerabilis viri Dni* Segvaldi Vorswort, *Canonici ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis, legum Doctoris, prout de procurationis suæ mandato ibidem constabat, vocatus & in animam D.* Segvaldi *adjuratus consentiit & nominavit in hunc modum:* Ego Ludolphus Backer procuratorio nomine Dni Segvaldi Vorswort Canonici ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis consentio in Venerabilem & magnæ circumspectionis virum Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem & nomino ipsum eligendum in episcopum

Trajectensem & Pastorem. *Item D.* Swederus Cluetinc *Canonicus ecclesiæ sancti Petri Trajectensis procurator Magistri* Gerlaci de Daventria *Canonici dictæ ecclesiæ sancti Petri, ac Rectoris parochialis ecclesiæ in Zwollis, ut sufficienter docuit, vocatus, & in animam Domini sui constituentis adjuratus nomine quo supra nominando consensit in hæc verba:* Ego Suederus Cluetinck procurator & procuratorio nomine D. Gerlaci de Daventria Canonici ecclesiæ sancti Petri Trajectensis consentio in generosum virum Dnm Gysbertum &c. ut supr. *Item D.* Wilhelmus Modde *Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis vocatus & procuratorio nomine Dni Henrici Pierlepomp Canonici dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ, prout de suæ procurationis facultate fidem fecit ibidem, & in animam dicti constituentis adjuratus nominavit consentiendo hoc modo:* Ego Wilhelmus Modde procuratorio nomine D. Henrici Pierlepomp Canonici ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, consentio in Venerabilem & scientificum virum Dnm Gysbertum &c. ut supr. *Item Magister* Gerardus *de* Coesvelt *Canonicus & Scholasticus ecclesiæ majoris Trajectensis procurator & procuratorio nomine Venerabilis viri D.* Theodorici Stock *Decani Embricensis & Canonici dictæ ecclesiæ majoris Trajectensis, Magistri utriusque juris & Doctoris, de cujus mandato ibidem sufficienter docuit, vocatus & in animam præfati Dni sui constituentis adjuratus consensit hoc modo:* Ego Conrardus de Coesvelt procuratorio nomine Magistri Theodorici Stock Decani Embricensis & Canonici ecclesiæ majoris Trajectensis consentio in generosum & circumspectum virum D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum

Tra-

Trajectensem, & nomino ipsum eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Item Magister* Theodoricus Vuistinck *Canonicus ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis procurator Venerabilis viri D.* Johannis *de* Barlandia, *in Artibus magistri, & in Decretis Licentiati, Concanonici sui ecclesiæ sancti Salvatoris, infirmi, prout de sua procurationis mandato fidem fecit sufficientem, vocatus & in animam Dni sui Johannis adjuratus consensit, nominavit, & dixit similiter in hunc modum:* Ego Theodoricus Vuistinck procurator & procuratorio nomine D. Johannis de Barlandia Canonici ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis consentio in generosum Dnm Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, ipsumque nomino eligendum in episcopum Trajectensem.

Inquisitis igitur sigillatim & secreto votis omnium & singulorum Dominorum supra nominatorum, ipsisque per nos Notarios publicos de mandato eorundem Scrutatorum in scriptis redactis, ut superius continetur, ipsi Scrutatores de loco, ubi scrutinium fecerunt, recedentes ad alios Prælatos & Dominos suprascriptos redierunt, & mox Venerabilis Dns Walterus *de* Gouda *Præpositus ecclesiæ S. Petri Trajectensis unus scrutatorum ex commissione aliorum dominorum scrutatorum dixit in hac verba vel eis in effectu similia:* Venerabiles Domini nos perscrutati sumus vota & comperimus, quod omnes Domini tam præsentes quam absentes consenserunt in unam personam, & tantum duo nominarunt unam aliam personam dempto voto ipsius nominati per majorem partem. Placeat ergo vobis duobus, qui aliam personam nominastis propter votum pacis & con-

concordiæ condeſcendere illi, & in illum conſentire, qui habet plura vota, & accedere ad majorem & ſaniorem partem, ut ex hoc tandem concors & canonica electio ſubſequatur. *Poſt quæ verba Dnis inter ſe colloquentibus pro concordia hinc inde conſervanda dicti duo Domini, qui pro ſuo Electo tantum duo vota habuerunt, ſe ipſos cognoſcentes & ſurgentes unus poſt alium, videlicet Dns* Gerardus *de* Damaſco *ſancti Petri &* Johannes *de* Wittenhorſt *beatæ Mariæ eccleſiarum Trajectenſium Canonici, ſucceſſive dixerunt:* Nolumus quod propter nos generetur aliqua diſcordia, nec per nos ſtabit, quo minus electio hujuſmodi unanimi voto & conſenſu fiat. Et conſtito nobis de perſona illius, qui majorum & ſeniorum vota habet, libenter accedemus ad majorem partem & conſentiemus in eandem. *Et continuo præfatus D.* Walterus *de* Gouda *Præpoſitus eccleſiæ S. Petri unus Scrutatorum ex commiſſione aliorum Duorum Scrutatorum omnia & ſingula vota Duorum ſupraſcriptorum tam præſentium quam abſentium ibidem in communi legendo alta voce publicavit. Quibus auditis præfatus D.* Johannes *de* Wittenhorſt *Canonicus eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſis dixit:* Ne ego quantum ad perſonam meam bonum pacis & concordiæ videar impedire, ſalvo judicio meo conſentio in Dnm Gysbertum de Brederode Archidiaconum Trajectenſem, ipſumque nomino eligendum in epiſcopum Trajectenſem. *Et extunc D.* Gerardus *de* Damaſco *Canonicus eccleſiæ ſancti Petri Trajectenſis præſens & conſentiens dixit:* Ego Gerardus de Damaſco propter bonum pacis & ſalvo judicio meo ſimiliter conſentio in gene-

pero-

nerosum D. Gysbertum de Bredenrode Archidiaconum Trajectensem, & nomino ipsum eligendum in episcopum Trajectensem & Pastorem. *Quibus sic peractis prefati Dni Scrutatores post hujusmodi accessum partis minoris ad majorem comperientes, quod vota concurrerent in unam personam, videlicet in Venerabilem & generosum Dnm* Gysbertum *de* Bredenrode *Archidiaconum Trajectensem, suo proprio voto duntaxat excepto, collationem numeri, meriti, atque zeli ex Commissione eis superius, ut premittitur, facta per prefatos Dominos Prelatos & Canonicos, fecerunt. Numeri videlicet, quod omnes & singuli, qui ad electionem hujusmodi de more aut consuetudine vocandi erant, sufficienter vocati fuerunt, nec aliquis eorum contemptus, aut vox alicujus ibidem per se vel procuratorem suum comparentis non computata vel refutata fuit, Meriti vero quod prefatus D.* Gysbertus *Prepositus & Archidiaconus Trajectensis fuit & est vir generosus, ac jura & jurisdictiones Prepositure, & Archidiaconatus Trajectensis, per plures annos laudabiliter gubernavit, literatus, nervosus, ac mature & sufficientis etatis, de legitimo matrimonio procreatus, ac in sacro ordine constitutus, Zeli autem, quia prefati Dni Prelati & Canonici habuerunt verum zelum, cum tot & tanti notabiles viri in magnis dignitatibus & gradibus constituti in eum concorditer, ut premittitur, consenserunt, & ipsum nominarunt eligendum in Episcopum Trajectensem. Atque ita dicti Dni Scrutatores fecerunt & adimpleverunt ea, que de jure & consuetudine in electione hujusmodi ac alias facienda erant, & adim-*

 plen-

plenda juxta & secundum Commissionem eis, ut præmittitur, factam. Post hac venerabilis vir D. Wilhelmus *de* Hees *Decanus ecclesiæ majoris Trajectensis in præsentia omnium Prælatorum & Dominorum supra dictorum juxta commissionem sibi per eosdem desuper factam vice sua & nomine omnium, qui in ipsum D.* Gysbertum *consenserunt, elegit eundem in hunc modum:* In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti ego Wilhelmus de Hees Decanus ecclesiæ majoris Trajectensis nomino & eligo generosum & circumspectum virum D. Gysbertum de Bredenrode in Episcopum Trajectensem vice & nomine omnium, qui in eum consenserunt. *Deinde electionem omnes & singuli Prælati & Canonici supradicti illico ibidem approbarunt, nemine discrepante aut contradicente, exhortantes insuper dictum Electum ibidem præsentem, ut dictam electionem de persona sua sic concorditer factam acceptare dignaretur. Et ex tunc ipse D.* Gysbertus *post aliqualem deliberationem prahabitam respondit cum gravi cordis suspicio in hac verba vel eis in effectu similia:* Venerabiles Domini mei electio ista, ut sentio, de persona mea concorditer facta est, eidem electioni cum omni, qua decet, reverentia præbeo assensum. *Postremo vero antedicti Dni Prælati & Canonici de eodem loco Capitulari sæpe dictum Dnm* Gysbertum *processionaliter ad chorum ecclesiæ Majoris Trajectensis duxerunt, & in quodam stallo dextri lateris ejusdem chori installaverunt, & in Dei nomine intronisarunt. Et consequenter ipsum ibidem ante summum altare inter Prælatos ecclesiarum Trajectensium cum facie ad populum stante-*

tuerunt. Et deinde prælibatus Dns Wilhelmus *de* Hees *Decanus ecclesiæ majoris Trajectensis locum, super quem in festis principalibus evangelium legi consuevit, apud Aquilam ascendit clamans ad populum in multitudine copiosa ibidem inferius existentem, & dicens in vulgari idiomate, silentium pro præsenti indicendo:* Audiatis omnes: Venerabilis & generosus vir Dns Gysbertus de Brederode concorditer electus est in episcopum Trajectensem. *Et continuo omnes Prælati & Canonici supranominati una cum ceteris beneficiatis ecclesiarum Trajectensium prædictarum cantaverunt in vocibus & organis hymnum beatorum Augustini & Ambrosii* Te Deum laudamus *cum Antiphona & Collecta pro pace civitatis & ecclesiæ, requirentes nos Notarios præsentes infra scriptos, ut eis super præmissis omnibus & singulis unum vel plura publicum seu publica conficeremus instrumentum vel instrumenta una cum sigillis impendentibus earundem majoris, sancti Salvatoris, sancti Petri, sancti Johannis, & beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium sigillandum & sigillanda. Acta fuerunt hæc Trajecti sub anno, indictione, die, mense, Pontificatu, & locis, quibus supra, designatis, incipiendo hujusmodi actum electionis hora octava Capitulari de mane, & continuo ipsum actum perficiendo paulo ante horam* XII. *ejusdem meridiei, præsentibus ibidem discretis viris, Dnis* Jacobo Johannis Ysbrandi *majoris*, Henrico Tinctore *sancti Petri, &* Henrico Rutgeri *de* Boemel *sancti Johannis ecclesiarum Trajectensium prædictarum Notariis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Petrus Hasert clericus Trajectensis*

publicus Imperiali auctoritate Notarius &c.

Duo habuit tantum vota Stephanus Dux Bavariæ commendatus Capitulis ab Archiepiscopo Coloniensi. Et literæ erant hæ: *Post sinceram in Domino caritatem & salutem, Venerabiles & circumspecti amici sincere dilecti. Literis & veridica proh dolor relatione multorum intelleximus de obitu Reverendi in Christo consanguinei nostri, & carissimi quondam* Rudolphi *Antistitis vestri, cujus anima feliciter requiescat. Unde tam vobis quam ipsi ecclesiæ viduatæ, quæ est insignis & notabilis pars Provinciæ nostræ, condolentes dignum censemus dilectionibus vestris commemorare, quod tunc providendum est de tranquillitate & salubri profectu ecclesiarum vacantium procuranda, si divino præsidio invocato privatis affectibus atque divisionibus cessantibus persona habilis & ydonea concorditer eligatur juxta canonicas sanctiones. Ex adverso autem per divisiones & discordias quam multæ felices plane ac præpotentes ecclesiæ cum clero suo post diuturnas prævias turbationes, dampna, & scandala tandem ad irrecuperabilem inopiam & opprobrium vulgi & postremo plane ad nichilum sunt redactæ. Quod ne ad remota vetustaque exempla digrediamur notorium est in plerisque sublimibus ecclesiis nationis Germanicæ nostris temporibus miserabiliter contigisse in magnam jacturam & oppressionem ecclesiastici status. Cum itaque exacti temporis consideratio & illius manifesta discrimina edoceant habendam esse rationem providentiæ futurorum, felixque dicatur, quem faciunt aliena pericula cautum, hinc pro officii nostri debito per providentiam vestri cœtus obnixe rogamus,*

& per

& per viscera misericordiæ Dei nostri obtestamur, ut pensantes attentius, quid vobis nunc imminet, cum agitur de ecclesia vestra sponso & Rectore dominici gregis tam ampla diœcesis eligendo, depositis omnibus inordinatis affectibus, non particularibus & propriis commodis intendatis, sed Deum judicem cuncta circumeuntem, & zelum animarum præ oculis habentes, invocata Spiritus sancti gratia, utilitatem publicam viriliter prosequendo personam ydoneam per electionem Canonicam concorditer assumatis ad regimen ecclesiæ Trajectensis. Insuper cum Illustris Dns Stephanus Dux Bavariæ *Concanonicus vester, oriundus e nobilissima domo Bavariæ, legitimo thoro progenitus, maturæ sit ætatis, ac in sacris ordinibus constitutus, moribus, scientia, & virtutibus multipliciter præfulgens, speramus & credimus indubitanter, quod si eundem elegeritis, quod persona sua poterit illi ecclesiæ in temporalibus & spiritualibus multum laudabiliter & frugaliter praeesse, & tam vobis quam populo esse singulariter grata & accepta, quod in sincero judicio conscientiæ nostræ avisando, ut tenemur, caritative vobis significamus, deprecantes bonorum omnium largitorem, cum ecclesiæ res agatur, ut inspiret cordibus vestris & concedat unanimi consensu prosequi ea, quæ erunt ad laudem & honorem sui nominis pariter ac ad vestram & communem omnium salutem. Datum in civitate nostra Coloniensi nostro sub sigillo prima mensis Aprilis Ann. M. CCCC. L. quinto.*

Pag. 351. Ende in dat selfde jaer so wert hy mit consent des Raets ende der Gilden van Utrecht in dat Bisscops Hof ingeleyt &c. *Certa lege id tamen*

mas factum, & prius præstito juramento, quod charta hac continetur, quam historiæ illustrandæ operæ pretium ut addam hic desumptam ex Chartulario ecclesiæ S. Mariæ: Wy *Gysbrecht* van *Brederode* Elect van Utrecht doen kondt allen luden, die desen brieff sullen sien off horen lesen. Dat wy mit den Eerbaren Heeren, Prelaten ende Capittelen van den Dom, Oudemunster, sinte Pieter, sinte Johan, ende sunte Marien kercken t'Utrecht gemaect ende eendrachtelick overgecomen syn zekere punten, ende ordinantien, tot behoudenisse hoirre kercken rechten, privilegien, statuten, ende oude gewoenten, ende op dat die by onsen ende onsen nacomelingen tyden onverbroken gehouden mogen worden, soe hebben wy mit onsen vryen wille, ende wail dair op voirdacht den Eerbaren Prelaten ende Capittelen voergenoemt geloeft ende geloven mit desen onsen brieve truwelicke ende onverbrekeliken te houden all alsulcke punten ende ordinantien nae bescreven sprekende van woirt te woirde aldus: *Inprimis quod Episcopus Trajectensis in prima sua receptione jurabit contenta in juramento Episcoporum Trajectensium, qui pro tempore fuerunt, & per eos præstari solito, singula & singulariter, & quæ sub ipso comprehendi possunt ex dispositione juris tacite subintellecta vel expressa. Cujus quidem juramenti tenor est talis:* Jura ecclesiæ meæ conservabo illibata, libertatem electionis & exemptionis hactenus habitam & observatam per diœcesim Trajectensem nunquam infringam nec infringi permittam. Nulla importuna petitione ecclesias gravabo vel gravari permittam. Castra quoque, & mu-

nitiones

titiones ecclesiæ meæ Trajectensis, quæ de præsenti existunt, aut in posterum fient non alienabo, aut impignorabo, aut debitis gravabo directe vel indirecte, sed eas & ea ad opus ecclesiæ meæ prædictæ liberas & libera fideliter, prout nunc sunt, conservabo. Ceteras res ecclesiæ & quascunque possessiones a prædecessoribus meis ad me devolutas nullatenus alienabo sine communi consilio & expresso consensu Prælatorum & cleri. Nulla bella aut guerras movebo sine consilio & expresso consensu Prælatorum & cleri. Nulli petenti promittam vel jurabo ei auxilio assistere, nec assistam contra aliquos homines, vel ministeriales, qui parere voluerint juri vel consilio Prælatorum & cleri. Et hoc fideliter & firmiter observabo. Sic me Deus adjuvet, & omnes sancti, fidesque sanctorum evangeliorum. *Item quod sicut Episcopus non potest nec debet movere guerras sine consilio & expresso consensu Prælatorum & cleri, sic nec debet facere concordiam aut pacem cum aliquo super quibuscunque guerris aut bellis sibi aut ecclesiis aut per eum vel ecclesias motis seu movendis, nisi cum similibus consilio & expresso consensu. Et quod non imponet nec imponi permittet aliquod subsidium, exactiones, onera, aut alia gravamina, vel etiam schattinge aut mergengelt, ecclesiis & clero Civitatis & diœcesis Trajectensis sine consilio & expresso consensu earundem ecclesiarum, & si per aliquem etiam Apostolica vel alia quacunque auctoritate imposita fuerint, aut imponi contigerit, assistet iisdem ecclesiis, sic quod ab illis releventur. Et si ecclesias propterea appellare contigerit, episcopus similiter appellabit, & appellationi ecclesiarum adhærebit, &*

com-

communibus expensis suis & ecclesiarum appellationem hujusmodi prosequetur. Et si opus fuerit etiam episcopus manu potenti ecclesias & earum bona defendet. Item quod Episcopus non resignabit simpliciter vel ex causa permutationis aut sub aliqua pensione ecclesiam Trajectensem, aut desuper tractatum faciet, nisi expresso consensu ecclesiarum Trajectensium. Item quod episcopus Trajectensis pro tempore non debet condere statuta synodalia, neque admittere aut publicare, neque admitti vel publicari permittet provincialia vel a Sede Apostolica aut ejusdem Sedis legato facta, & novissime per Reverendissimum Dnm Nicolaum *tit. sancti Petri ad vincula presbyterum Cardinalem edita, facienda, & edenda, sine tractatu diligenti præmisso & expresso consensu Capitudi generalis ecclesiæ Trajectensis. Item quod Decanis & Capitulis majoris, sancti Salvatoris, sancti Petri, sancti Johannis, & beatæ Mariæ ecclesiarum Ttajectensium relinquatur visitatio, correctio, punitio, inquisitio, & reformatio morum, & defectuum, & negligentiarum omnium, & singularium personarum, tam constitutarum in qualicunque dignitate, quam Canonicorum præbendatorum, Vicariorum, & omnium aliarum personarum inibi deservientium, nec non eorundem commensalium & familiarium excessus, crimina, vel defectus committentium, videlicet quod Decani & Capitula dictarum quinque ecclesiarum uti, frui, & gaudere libere valeant omnimoda jurisdictione ecclesiastica prædictarum personarum omnium, etiam in foro contentioso, soli & in solidum sine contradictione & absque consensu & assensu episcopi Trajectensis. Item quod Episcopus vocatus per Decanum ecclesiæ majoris vel ejus vices gerentem ad Capitulum venire teneatur, &*

cuju-

cuique de ipso justitiam petenti coram Decano & Capitulo ecclesiæ majoris vocatis ad hoc Prælatis & Capitulis aliarum quatuor ecclesiarum Trajectensium de consilio & assensu hujusmodi Capituli universalis justitiam facere & parere, & secundum sententiam & decretum hujusmodi Capituli universalis satisfacere tenebitur. Et quod non appellabit ab hujusmodi sententia & decreto. Et si episcopus non venit tertio vocatus Capitulum potest eo absente proferre sententiam. Et si non paruerit sententiæ etiam procedetur contra eum ad cessationem divinorum. Et Capitulum mandabit omnibus ministerialibus ecclesiæ, quod nullus eorum ad ipsius Episcopi requisitionem sententiam dictet vel auxilium præstet, donec sententiæ paruerit; & alias ecclesiæ procedere possint secundum consuetudinem & privilegia earundem. Et si omnes ecclesiæ de ipso conquerantur, simili modo, ut præmittitur, contra eum procedetur, non obstantibus exceptionibus seu allegationibus juris & facti quibuscunque. Item quod non judicabit aliquem laycum nec puniet, nisi ministerialibus ad hoc vocatis; consilio & deliberatione ipsorum præhabitis secundum consuetudinem patriæ. Quodque nullam partialitatem in civitate vel diœcesi Trajectensi acceptabit, aut fovebit; nec in partialitate hujusmodi alicui partium assistet auxiliis, consiliis, vel favoribus, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæsito colore. Item quod castra, prædia, vel jurisdictiones episcopales, tam citra quam ultra Ysselam sita & constituta alicui non impignoret, vel ad annos plures vel ad vitam committat sine consensu expresso ecclesiarum prædictarum, nec cuiquam indulgeat, qui a personis ecclesiasticis citari & conveniri valeat. Et cum ali-

aliquod castrum aut aliquam jurisdictionem committere eum contigerit, illud seu illam committet alicui de territario Trajectensi oriundo, aut alias hic in eodem territorio commoranti, & sufficientia bona habenti. Et talis castrum non intrabit nec jurisdictionem exercebit, nisi prius talis juraverit fidelitatem ecclesiis in Capitulo generali. Item quod ecclesiæ & earum personæ a solutione theolonei & pedagii sint immunes. Item quod Prælati, Canonici, & Chorisocii ecclesiarum prædictarum, Curati & non Curati in hujusmodi ecclesiis Trajectensibus residentes, & non residentes, non possint nec debeant moneri per episcopum ad residentiam faciendam in aliis beneficiis suæ diœcesis, nec pro absentia aliqua pecunia ab eis extorqueri. Item quod episcopus pro tempore, dum in civitate Trajectensi præsens fuerit, diebus stationum ab antiquo consuetis Prælatis & Canonicis dictarum ecclesiarum Trajectensium prandium tribuet, vel denarios debitos & consuetos exolvet, nisi nomine & mandato ejusdem licentia petita & obtenta fuerit, quod diebus stationum hujusmodi in dicta civitate permanere possit absque solutione prædicta. Item quod nullum pro Vicario aut Officiali suo generali creabit, ponet, aut deputabit, nisi Prælatum aut Canonicum Capitularem, & pro parvo cotidiano sigillo in Consistorio deputabit ad minus beneficiatum ecclesiarum prædictarum, majoris tamen sigillo officialitatis apud Officialem manente. Et tales jurabunt in Capitulo generali, quod præmissa & infra scripta, nec non privilegia, statuta, exemptiones, & consuetudines earundem ecclesiarum non infringent, aut infringi permittent, quodque eorum officia legaliter & debite exercebunt. Et quod non deputabitur aliquis

Pro-

Provisor aut Decanus in Provisoriis & Decanatibus civitatis & diœcesis Trajectensis; nisi constitutus fuerit in sacris ordinibus. Et quandocunque ecclesiis visum fuerit, & Episcopus per ecclesias extiterit requisitus, Episcopus Vicarium, Officialem, & Sigilliferum mutabit & variabit, & alium Prælatum seu Canonicum Capitularem aut beneficiatum hujusmodi deputabit. Et si ad monitionem & requisitionem ecclesiarum talem non variaverit, tunc ecclesiæ possint procedere contra episcopum per omnia, prout supra continetur in articulo, qui incipit. Item episcopus vocatus &c. *Item quod omnia & singula jura, munimenta, Registra eorundem, ac libri feudorum, ecclesiæ, aut mensæ episcopalis Trajectensis in antea conservabuntur in Archivis ecclesiæ majoris Trajectensis, prout ab antiquo solitum fuit, poterunt tamen Copiæ eorundem fieri & manere apud Vicarium seu Officialem suum, aut penes aliquem Prælatum vel Canonicum Capitularem ecclesiarum Trajectensium. Item quod Vicarius præfati Episcopi & Officialis Trajectensis non recipiet pecuniam pro sigillo ab ecclesiis vel earum personis in causis & negotiis ecclesiarum prædictarum. Item quod non recipiet neque admittet Suffraganeum, nisi de consensu expresso præfati Capituli generalis. Quodque Suffraganeus hujusmodi sic receptus & admissus statim præstabit fidelitatem præfato Episcopo & Capitulo generali. Et promittet non celebrare ordines extra civitatem Trajectensem, nisi de expresso consensu præfatorum Episcopi & Capituli, & non fiet exactionatio ordinandorum. Item quod præfatus Episcopus vel dictus suus Suffraganeus, vel ejus officium exercens a Scolaribus, Clericis, & beneficiatis ordinan-*

dis, aut consecrationibus, reconsecrationibus, & reconciliationibus ecclesiarum, Cimiteriorum, & Altarium in ecclesiis nostris antedictis nihil recipiet, neque per Suffraganeum suum aut alium quenquam recipi permittet etiam pro litteris eorundem. Et requisitus Suffraganeus ab aliqua ecclesiarum sine dilatione se reddet benevolum & promptum eum effectu ad præmissa omnia & singula facienda. Quod si non fecerit, tunc Episcopus ad requisitionem ecclesiæ petentis & conquerentis eum ab officio suo removebit. Item quod Episcopus præfatus non obliget se alicui viventi per literas vel juramenta in præjudicium ecclesiæ suæ, seu personarum earundem. Quod si fecerit obligatio erit nulla. Item quod Officiarii, & familiares episcopi Trajectensis vel ejus robas portantes debeant exire Capitulum, quando tractatur de causis propriis dignitatis Episcopalis, etiam ipsius Episcopi. Simili modo fiet de aliis familiaribus, Officiatis, Consiliariis, ac portantibus robas aliquorum Dnorum vel personarum, cum illorum seu illarum res vel causæ tractantur in Capitulo generali. Item quod Episcopus Trajectensis conservabit & defendet ecclesias, Archidiaconos, Prælatos, Canonicos, Officiatos, & alias personas ecclesiasticas civitatis & diœcesis Trajectensis sibi subjectas, ac ipsarum bona in suis juribus, jurisdictionibus, & libertatibus, in quibus hactenus fuerunt, non obstante quod tempore bonæ memoriæ Dni Rodolphi episcopi Trajectensis vel alias læsa aut infracta fuerunt. Et quod illas & illa in meliori forma approbabit, & confirmabit absque præjudicio præmissorum. Et quod præventiones tam in beneficialibus

quam

quam in corrigendis excessibus non habebunt locum in præjudicium Prælatorum nisi secundum formam juris communis. Item quando Episcopus Trajectensis vult cudere aut cudi facere monetam novam auream, tunc vocabit ad se Prælatos & Capitula quinque ecclesiarum Trajectensium, aut per eos deputandos, & cum illis ordinabit de pondere, valore, & figura hujusmodi monetæ, & juxta talem ordinationem dicta moneta cursum suum habebit generalem. Item quod idem episcopus non faciet se absolvi a juramento & aliis præmissis. Et si absolutus fuerit etiam motu proprio absolutione non utetur. Voert so geloven wy als tot wat tyden wy onse confirmatie verworven hebben, ende geconsacreert Bisscop van Utrecht syn, dat wy als dan tot vermaninge der Prælaten ende Capittelen voergenoemt alle dese punten hem wederomme als een Bisscop vernywen, loven, ende onse besegelde brieven daer van geven sellen, in allen manieren als dese tegenwoordige brieff is. Ende alle dese punten ende articulen voersz ende elck bysonder hebben wy *Gysbrecht* van *Brederode* Electt van Utrecht geloeft ende gesekert by onser trouwen ende eren, ende lyflick then heyligen gesworen myt volstaefden ede vast ende stade te houden, the voldoen, ende niet te verbreken in eniger wys, sonder alle argelist. Ende des tot oorconde hebben wy onse segel aen desen brieff doen hangen. Gegeven t'Utrecht int jaer ons Heeren Dusent vier hondert vyf ende vyftich op ten vyfthienden dach in der maent van Aprille.

Ibid. *Ende hy sloech goude nobels daer ick 'er*

ten af gesien heb, die seer fyn was. Jus episcopus habuit cudendi & auream & argenteam monetam ab Ottone ei I. potestate concessa. Heda *hist. Ultraj. p.* 78. 81. & 87. Jus habuit ubique ubi vellet in dioecesi, absque ullius permissu, absque ullo assensu Ordinum, Caroli IV. codicillis Ann. 1364. VI. Kal. Jul. E quibus, cum nec Heda, nec alius de iis quicquam, quæ huc pertinet, tantum addam. *Quod episcopus*, inquit, *Trajectensis ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, auream aut argenteam monetam facere seu cudere valeat æqualis moneta valoris Divorum Imperatorum & Regum Romanorum prædecessorum nostrorum absque requisitione Romanorum Prælatorum & cleri ecclesiarum Trajectensis civitatis, vasallorum, & quorumcunque aliorum, infra districtus terrarum episcopi Trajectensis commorantium, in civitate Trajectensi, vel alio terrarum suarum loco, ubi sibi melius videbitur expedire. Quodque alias omnes monetas Principum, Comitum, Nobilium, seu Universitatum quarumlibet, nostris ac dictorum Imperatorum & Regum Romanorum duntaxat exceptis, moderari & taxare valeat secundum valorem auri puri vel argenti, quod post probationem sive examinationem sufficientem in igne factam remanet ex eisdem &c.*

Pag. 354. *Hierom so hielt die Paus die Ambaciaten des Elects van Utrecht int vertrec.* Ordines cum viderent a Papa, non obstante, quod electio tam concors, aliud prorsus agi, contemni, negligi electionem, modo hoc obtendi, modo illud, occultis interim consiliis tantum non eam subrui, interim

etiam

etiam Brederodium, ne quid caperet diœcesis per moram hanc detrimenti, crearunt ejus Rectorem, Protectorem, Mamburnum. De quo cum Auctor, quod mirum, nihil hic prorsus dicat, operæ pretium, ut puto, ut addam publicum instrumentum XVII. Septemb. Ann. 1455. quo comprehensum quod dixi:

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate Dni CIↃ. CCCC. L. *quinto indictione tertia, mensis Septembris die decima septima, hora tertiarum vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Dni* Calisti *divina providentia Papæ tertii anno tertio coram Venerabilibus & Circumspectis viris Dnis Prælatis & Canonicis majoris, sancti Salvatoris, sancti Petri, sancti Johannis, & beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium, nec non Generosis & Strenuis viris, Baronibus, militaribus, & Armigeris patriæ Trajectensis, ac etiam providis & discretis viris Burgimagistris, & Proconsulibus civitatis Trajectensis, nec non Burgimagistris, Rectoribus, & Deputatis locorum dictæ patriæ Trajectensis in loco Capitulari majori dictæ majoris ecclesiæ ad infra scripta Capitulariter & ad generale Capitulum Trajectense, prout ibidem referebatur, congregatis, ubi de more & consuetudine longæva præscripti Prælati & Canonici majoris, & aliarum ecclesiarum Trajectensium prædictarum, nec non Barones, milites, militares, & Armigeri atque Rectores Civitatis & locorum patriæ Trajectensis, tanquam tres Status, per quos ecclesia & patria Trajectensis a longævis retro ante temporibus rectæ sunt &*

conservabantur, prout adhuc reguntur & conservantur in juribus, libertatibus, & privilegiis earundem, convocari & congregari tenentur, & consueverunt, ad negotia ipsius status ac ecclesiam & patriam prædictas tangentia sive concernentia pertractanda, disponenda, & ordinanda, omnibusque aliis quibus tam de jure quam consuetudine interesse habentibus & vocandis, ut similiter refcrebatur, ibidem ut moris est vocatis, in mei Petri Hasert *Notarii publici & testium infra scriptorum ac magnæ multitudinis populi astantis præsentia Venerabilis Dns* Rudolphus *de* Rutenberch *Præpositus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ ibidem coram omnibus prædictis alta voce & publice dictæ ecclesiæ generalis nominibus recitavit, Quantæ seditiones, quantaque dampna, violentiæ, turbationes, & scandala in Civitate & patria Trajectensi propter diutinam & longam Pastoris carentiam, proh dolor! evenerint; unde & porro magna strages, sanguinis effusio, turbationes, exactiones, captivitates, & exulationes Cleri & populi ecclesiæ, Civitatis, opidorum, & villarum patriæ Trajectensis, quod dolenter retulit, verisimiliter evenire formidantur, nisi salubriori remedio ac in tempore divina favente clementia, cujus res hic agitur, occurratur. Hinc est; quod Prælati & Canonici ecclesiarum prædictarum præmissa non sine magna cordis amaritudine revolventes, ac periculis & jacturis hujusmodi Dei adjutorio invocato resistere cupientes unanimiter & concorditer duxerunt eligendum, nominandum, & invocandum in Mamburnum, Tutorem, Gubernatorem, & Defensorem ecclesiæ & patriæ Trajectensis Generosum & Circumspectum Dominum* Gysbertum de Bredenrode *alias per eos concorditer*

diter,

diter, ac rite, legitime, & Canonice electum in Episcopum Trajectensem & Pastorem. Unde præfatus D. Adolphus *Præpositus dictos dominos Status, videlicet Militiam, Burgimagistros, Proconsules, Rectores, & Deputatos suprascriptos ibidem, ut præmittitur, congregatos caritative monuit & exhortabatur, quatenus ipsi una secum suæ ecclesiæ generalis, Civitatis, opidorum, & communis patriæ Trajectensis nominibus pro communi & evidenti utilitate ecclesiæ & patriæ præfatarum ad resistendum periculis, scandalis & jacturis antedictis, ad exterminium ecclesiæ & patriæ Trajectensis tendentibus, & ut eo melius ac certius se ipsos, ecclesiam, & patriam easdem contra pericula, scandala, & jacturas hujusmodi defendere possent, præfato Dno* Gysberto *Electo ad onus hujusmodi assumendum supplicare, & alias, prout res ipsa expostulat, facere, & efficere, disponere, & ordinare, vellent & dignarentur, cum ecclesiæ, & toti patriæ, ac ipsis non modice perplexis contra imminentia urgentiaque pericula per aliquem alium tam prompte tamque magnifice, sicut per ipsum Dnm* Gysbertum *Electum succurri posse his periculis non speretur. Alias de totali destructione & ruina ecclesiæ & patriæ prædictarum est verisimiliter formidandum. Qua sic facta monitione & exhortatione Baronum, Militum, Armigerorum ad unum, nec non Rectorum ipsius Civitatis & locorum Status prædictorum ad aliud, loca extra locum Capitularem hujusmodi, Statu tertio, videlicet ecclesiastico, in eodem loco Capitulari pro deliberatione super præmissis habenda se retraxerunt. Et tandem post aliquantulum temporis spatium dictis duobus Statibus, videlicet Baronum, Militum, & Armigerorum, nec*

non Rectorum prædictorum ad tertium, videlicet ecclesiasticum Statum, in dicto loco Capitulari reversis, coram me Petro *Notario publico & testibus infra scriptis, ac numerosa populi multitudine præsentibus & astantibus propositum fuit per quemlibet prædictorum Statuum se super præmissis sollicite tractasse, & considerato ab eis, quantum posset esse periculum, si dilatio fieret in assumendo Dnm* Gysbertum *prædictum in eorum ac ecclesiæ & patriæ præfatorum Gubernatorem, Defensorem, & Mamburnum, temporum malignitate & singulis aliis præfatis, ipsi duo Status videlicet Barones, Milites & Armigeri, nec non Rectores prædicti universaliter singuli & singulariter universi præscripti gratanter, unanimiter, & concorditer, nemine discrepante, ex certa scientia, ac omni modo, jure, causa, & forma melioribus, quibus potuerunt, in electionem, deputationem, nominationem, & invocationem hujusmodi pridem per ecclesiam generalem Trajectensem de persona dicti Domini* Gysberti *de* Brederode *Electi Trajectensis in Tutorem, Gubernatorem, Defensorem, & Mamburnum, seu Dispensatorem ecclesiæ & patriæ concorditer factas annuerunt, ipsumque quantum in eis fuit similiter in eorum & ecclesiæ & patriæ Trajectensis Tutorem, Gubernatorem, Defensorem, & Mamburnum sic ut præmittitur electum & deputatum, &c. in Dei nomine invocarunt & receperunt. Et ex tunc statim & in continenti nullo actu extraneo intermedio præfatus Dns* Adolphus *Præpositus & Dns* Petrus Zuetmont *de* Hindersteyn *Decanus dictæ ecclesiæ sancti Petri una cum nonnullis Baronibus, Militibus; Canonicis, & Rectoribus supradictis,*

dictis, de voluntate, & supplicatione aliorum ibidem permanentium, de loco Capitulari hujusmodi ad ducendum eundem D. Gysbertum *Electum coram eis in dicto loco Capitulari exiverunt. Et tandem ipsum Dominum* Gysbertum *Electum secum ad locum Capitularem hujusmodi adduxerunt, eumque in superiori scamno loci hujusmodi collocarunt; ibique tres Status supradicti per os præfati Dni* Adulphi *Præpositi eundem Dnm* Gysbertum *Electum, præmissis eidem ad intellectum prius ibidem expositis, humiliter & attente requisiverunt, quatenus propter Deum & imminentem evidentemque necessitatem ipsorum ac ecclesiæ & patriæ præfatorum, ac eorum requisitionem, onus hujusmodi Tutoriæ, Defensionis, Gubernantiæ, & Mamburnatus in se recipere & acceptare, ac ipsos, ecclesiam, & patriam prædictas regere & gubernare, ac a præmissis & aliis periculis pro posse defendere dignaretur & vellet. Ad quod idem generosus dominus* Gysbertus *de* Brederode *Electus quibusdam verbis interpositis tandem propriæ suæ vocis oraculo respondendo dixit: Quod precibus & instantia ipsorum permotus se non alias neque alio modo in laudem & honorem Dei ejusque gloriosæ matris virginis Mariæ, ac beati Martini Episcopi & Confessoris, ejusdem ecclesiæ Trajectensis patroni, hujusmodi Defensionis, Gubernationis, & Mamburnatus onus sub certis protestationibus, prout in quadam papyri cedula inferius inserta, & per me* Petrum Hasert *Notarium publicum infra scriptum de mandato ejusdem domini* Gysberti *ibidem publice lecta, quam quidem protestationem & ejus tenorem in omnibus*

& sin-

& singulis actis & gestis per ipsum in officio Tutoriæ & Mamburnatus hujusmodi, & forsitan fiendis, gerendis, & conficiendis, semper pro repetita habere voluit, plenius continetur, in se recepit & acceptavit, ac ecclesiam & patriam, ejusque subditos ac jura eorum pro posse & nosse defendere, ipsosque juxta leges & consuetudines ecclesiæ & patriæ ipsorum præfatorum laudabiles regere & gubernare medio suo juramento ibidem per ipsum Dnm Gysbertum *Electum corporaliter erectis digitis solemniter præstito, & desuper literas suas suo sigillo roboratas cuilibet trium Statuum hujusmodi dare promisit in forma meliore. De quibus omnibus & singulis tres Status hujusmodi unanimi voce Dei laudes & honores & sibi Dno* Gysberto *Electo gratias retulerunt.* Tenor vero protestationis per præfatum Dominum Gysbertum Electum, sicut præmittitur, facta sequitur & est talis: *Licet alias Venerabiles viri Domini Prælati & Capitula majoris, sancti Salvatoris, sancti Petri, sancti Johannis, & beatæ Mariæ Trajectensium ecclesiarum nos Gysbertum de Brederode in Episcopum & ad ecclesiam Trajectensem concorditer electum ex certis rationabilibus, & legitimis causis eos ad hoc moventibus, tunc absentem, nec acceptantem in Mamburnum, Tutorem, Defensorem, & Administratorem dictæ ecclesiæ ac patriæ & diœcesis Trajectensis elegerunt, deputaverunt, & assumpserunt. Nos attendentes quod dudum nos nec non prædicti Prælati & Capitula nonnullos nostros confratres, Ambaxiatores, Procuratores, & Syndicos ad Sedem Apostolicam & Sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum, Dnm* Calistum *divina*

præ-

providentia Papam Tertium, cum singulis necessariis & requisitis miserimus, qui ad dictam Sedem & ad Sanctissimum Dominum nostrum Papam venientes pluries ac instanter, instantius, & instantissime, servatis in talibus servari solitis & consuetis, confirmationem electionis nostræ hujusmodi in concordia factæ petiverunt, & quod dicta ecclesia valde remote ab Italia constituta sit, quodque a centum annis proxime præteritis & ultra, ac à tanto tempore & per tantum tempus, cujus initium seu contrarium in hominum memoria non existit, confirmationes electionum seu postulationum ad prædictam ecclesiam seu de ea factarum, a solo Romano Pontifice obtentæ sunt, Protestamur palam, publice, & ex professo, quod ab his quæ sapiunt fastum, ambitionem, vel intrusionem sumus alieni, nec aliquid de rebus ipsius ecclesiæ alienare volumus, & quod, semper salvis obedientia & reverentia Sedis Apostolicæ & domini nostri Papæ prædictorum, non animo administrandi res dictæ ecclesiæ tangere intendimus, sed propter urgentem necessitatem & evidentem utilitatem dictarum ecclesiæ & patriæ, & ad sedandum, extinguendum, & evitandum pericula, scandala, homicidia, guerras, & partialitates, quæ jam proh dolor dicta ecclesia vacante & in dies haud dubie adhuc plura contingent, nisi de remedio oportuno provideatur & certo in meliori forma. Super quibus *omnibus & singulis præmissis tam ipse Dns* Gysbertus *Electus & Tutor ecclesiæ ipsius Trajectensis quam etiam præfatus Dns* Adulphus *Præpositus suorum dictorum trium Statuum nominibus sibi a me* Petro *Notario publico infra scripto fieri petierunt unum vel plura, publicum*

seu

seu publica, instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hæc Trajecti sub anno, indictione, die, hora, mense, Pontificatu, & loco, quibus supra, præsentibus ibidem honorabilibus viris, Dnis Jacobo Johannis Ysbrandi, Bernardo, & Nicolao VViche perpetuis Vicariis in dicta ecclesia majori Trajectensi, ac pluribus aliis personis fide dignis tam clericis quam laicis in multitudine copiosa astantibus & audientibus, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Nec hic Ordines subftiterunt, sed adversus Philippum etiam, cum descendisset in Hollandiam, modum quærens, quo posset tutius excluso Brederodio Davidem mittere in possessionem, obstringunt se pro Brederodio, & hic cum ipsis vicissim se, arctiori fœdere adhuc fortius, vim vi depulsuri, & quodvis pro Brederodio, in quem eorum præclara & constans admodum voluntas, adituri periculum. IX. April. Ann. 1449.

Wy Gysbert *van* Brederoden *Elect ende Ruwaert, Prelaten ende Capittelen van den Dom, Oudemunster, sunte Peter, sunt Jan, ende sunte Marien t'Utrecht, gemeen Ridderschap aen dese syde der Yselen, dair Utrecht staet, Burgemeesters ende gemeene Raet der Stadt van* Utrecht *op die ene syde, ende wy Scout, Burgemeesters, Schepenen, ende Raet der Stat van* Ryenen *op d'ander, doen condt ende kenlic allen luden, dat wy van allen twist, geschele, ende twydracht onlangs leden onder ons opgeresen, om rust, vrede, ende die oude gunst, ende vrunscap t'onderhouden onderlinge by tusschen sprecken van onse vrunden op beyde syden daer toe gedeputeert, minlick ende vrunt-*

lick overcomen ende vereenicht syn alle dese punten ende voorwaerden hier na beschreven. Eerst so sal die Stat van Ryenen hoer Stat trouwelick ende wel bewaren tot des Gestichts behoef van Utrecht, so dat sy niemant daer in sullen laten comen, dair onse Genadige Heere die Elect, die Stadt van Utrecht, *ende die Staten van den Lande, of dat meerdeel van hem eenigen last of crygen mogen, ende sy en sullen geenen nieuwen Heere aennemen, noch huldinge doen, ten sy dat die Stadt van Utrecht mit den Staten van den Lande voorsz hem eerst aengenomen, ende huldinge gedaen sullen hebben, ten ware, dat hem die Stadt van* Ryenen *mit machten afgewonnen worde, ende dat hem die Stat van Utrecht geen ontset gedoen en conde, maer des so sal die Stat van* Ryenen, *of hem sulcke last ende overval aenquam, het ware by dage ofte by nachte, onsen Genadigen Heere, ofte der Stat van Utrecht, dat ter gelegender tyt terstont laten weten, daer sy mede ontset mogen worden. Ende waert saecke dat der Stadt* Utrecht *eenigen last vorder aenquam, so sal hem die Stadt van* Rienen *daer in bewysen ende doen naer horen vermogen, gelyck die meene Staten of dat meer deel van hem daer in deden, als* goede finte Martens Stichts luden *schuldich syn te doen, mit sulcke voorwaerden, dat onse Genadige Heere die Elect voorsz, noch niemant anders van synre wegen, noch die Stat van* Utrecht, *noch niemant van hoire wegen, die Stat van* Ryenen, *noch heuren Borgeren, noch ondersaten hier en boven belasten sullen aen hore Stadt, noch aen hore Borger lyven noch goeden, mit eenigen volcke, oft anders, daer sy voer beducht mogen wesen. Ende die Stat van* Ryenen

sul-

sullen ende mogen onbecroont van onsenGenadigenHeere ofte der Stadt van Utrecht *voorsz tot alre tyt alst hem belieft buyten hore Stadt sluyten alle die ghene; daer sy voor beducht mogen wesen, ende weder in laten, dent hem gelieven sal, daer onse Genadige Heere die* Elect, *die Stat van* Utrecht, *ende die Staten voorsz onbelast van bliven sullen als voorsz is. Ende oft gebeurde dat die Stadt van* Rienen *enen nieuwen Heer aennemen ende huldinge doen soude in manieren voorsz, so en sullen sy nochtans dien Heere niet aennemen noch hulden, hy en hebbe hem eerst confirmeeret al hoer hantfesten, privilegien, rechten, ende statuten, die sy haer toe gehadt, gebruykt, ende van anderen Biscoppen t'*Utrecht *vercregen hebben. Waert oock dat ymant hier en boven misdede aen horen lyven, goede, oft aen hore Stadt; dat sullen hem onse Genadige Heer die* Elect *ende die Stat van* Utrecht *helpen wederstaen na allen horen vermogen. Ende op dese voorseyde punten ende voorwaerden sullen die Borgeren ende ondersaten van* Utrecht *ende van* Ryenen *vry, veylich, ende sonder hoede elx in des anders Stadt ende bedryve varen, verkeren, ende coopmanschap hanteren, als sy hier toe gedaen hebben. Alle dese voorsz punten ende voorwaerden ende elck van hem bysonder hebben wy* Gysbert *Elect ende Ruwaert, Prælaten ende Capittelen van den Dom, Oudemunster, sint Peter, sint Johan, ende sint Marien t'Utrecht, die ghemeen Ridderscap, Borgemeesteren, Schepenen, out ende nieuwen Raet der Stadt van* Utrecht *voorsz voor ons ende voor onsen Borgeren ende ondersaten, ende wy Scout, Borgemeesteren, Scepenen, ende Raet der Stat van* Ryenen *voor ons ende*

de voor onse Borgeren ende ondersaten, ende mede voor Johan *van* Zuylen *van* Natewische *onsen maech ende vrient, so lange hy binnen der Stadt van* Ryenen *is, ende synen penning hoofschelic daer verteeren wil, geloofst ende geloven mit desen onsen brieve vast, gestade, ende onverbreeckelic te houden in alre manieren voorsz, geduyrende also lange ende ter tyt toe, dat wy eenen Heere hebben geconfirmeert van den Stoel van Romen, ende gehult van den Staten s'lants als voorsz. is, ende niet langer, sonder argelist. Des t'oirconde so hebben wy* Gysbrecht *van* Bredenrode *Elect ende Ruwaert, Pralaten ende Capittelen voorsz, ende wy Heer* Gysbert *van Vianen van* Rysenborch *Ritter*, Steven *van* Zuylen *van* Nyvelt, Gysebrecht *van* Nyenrode, *ende* Willam *van* Zulen *van* Nyvelt *gedeputeert, ende van wegen der gemeenre Ridderscap voorsz, ons ende onse kercken segelen, ende wy Borgemeesteren ende Raet der Stadt van Utrecht onser Stadt signet, dat wy in desen ende gewoonlick in gelycken te gebruyken plagen, ende wy Schout, Borgemeesteren, Scepenen, ende Raede der Stadt van* Rienen *voorsz. onser Stadts segel aen desen brief doen hangen. Hier waren over ende aen die Eerbare Heeren van der Ecclesie als M.* Dirck Grawaert *Deken t'Oudemunster, Heer* Peter Zuermont *van* Hindersteyn *Deken sinte Peter, Heer* Johan *van* Draeckenburch *Canonic in den Dom, ende Heer* Jan *van* Wy *Canonick t'sinte Jans t'Utrecht, Heer* Jan *van* Montfoert, *ende Heer* Henrick *van* Croonenburch *Ridders*, Dirc *van* Zulen *van der* Zevender, Jacob *van* Zulen *van* Nyvelt, Jan *van* Oudewater *Burge-*

meester, Mattheus Gysbertsoen *Overste Oudermän te deser tyt t'Utrecht*, Melis *van* Nyvelt *ende* Gysbert *de* Gruter, *ende Schout*, *Burgemeesteren*, *Scepenen*, *ende Raide der Stadt van Rienen. Deser brieven syn twee alleens sprekende. Gegeven ende geschiet in den jare* CIƆ. CCCC. *en* LVI. *des Vrydags den* IX. *in April.*

Pag. 361. *Oock so soude hy alle jaer tot syn lyf hebben uyt dat Bisdom van Utrecht.* Meminit Brederodius in charta Ann. 1456. *ult.* Aug. *VVy Gysbrecht van Brederode Domproest t'Utrecht doen kondt ende kenlic allen luden, die desen brief sullen sien of horen lesen, also die Eerbare Heeren Prelaten ende Capittelen van den Dom, Oudemunster, sunte Peter, sunte Johan, ende sunte Marien kercken t'Utrecht ons guetlic belieft ende consenteert hebben, dat die Eerweerdige Vader in Gode, ende Heere, David van Bourgongnen, Bisscop t'Utrecht, ende syne nacomelingen Bisscopen ons jaerlicx betalen, ende uytreyken sullen, onse leven lanck duyrende uyt den tafelgoeden ende renthen des Bisdoms van Utrecht, een pensie van vier duysent ende twe hondert goude Rynsche gulden na uytwysinge der compositie &c.* Et spopondit sic quidem David, & hæc & cetera, quæ habet Auctor, se facturum recepit, sed vix stetit promissis, ut clerus queritur in literis ad Philippum Burgundum:

Hoochgeboren, Doorluchtige, Mogende Vorst, Genadige Lieve Heere. VVy hadden gehoopt, dat by den tractaet ende compositie tusschen den Hoochweerdigen Furst, Vader in Gode, onsen Genadigen Heere van Utrecht op die een, ende den Eerweerdigen

gen Heere Gysbrecht *van* Brederode *doe ter tyt Elect, ende na Domproost, ende die Staten s'lants van Utrecht aen die ander syde, van uwer Furstelycker Mogentheden verdadingt ende gemaeckt, ons ende den gemeenen lande sonderlinge vrede ende protectie van soude gecomen hebben, t' welcke wy tot noch toe niet gewaer en syn geworden, maer Godt betert wy en vernemen anders niet dan alle twisten, nieuwicheden, ende lasten, die wy duchten dat toecomen overmits quader informatien ende aenbrengingen der geenre, die tot geenen vrede en raden, daer wy veel dachfaerden ende spraecken met onsen Genadigen Heere van Utrecht van gehouden hebben, ende den Steden van Overyssel op anderen tyden treflyck van geschreven ende aengeroepen hebben, om alle dese saecken ende gebreecken tot rust ende vrede te helpen voegen, t'welck wy tot noch toe niet en hebben konnen toebrengen, ende en voelen anders niet dan hem dese saecken alle dagen tot meerre lasten ende hantdadicheden te maecken, ende dat vorder lasten, opstal, ende onverwinlycke schade ende hynder des gemeen lants daer van gevreest syn te comen, ten waer dat mitter hulpe, van Gode, ende by rade ende toedoen uwer Genaden dat wyselyck verhoet wert ende vervallen. Ende want wy verstaen dat onse Genadige Heere van Utrecht op deser tyt by uwer Furstelycker mogentheden is, so is onse ootmoedige begeeren, dat deselve uwer Mogentheden willen vueghen ende ordineren mit onsen Genadigen Heere van Utrecht, dat sulcke compositie ende tractaet, als by uwer Genaden verdadingt ende besegelt is van onsen Genadigen*

digen Heere voorsz gebouden werde, want anders wy ende onse goeden sonder twivel daer voor belast souden werden, so wy die compositie mede belieft ende besegelt hebben. Ende dat dese groote lasten, opstalle, ende twydrachten mit wysheden nedergelecht ende vervallen werden, wy en vernemen anders niet dan die Domproost ende die gemeen Staten s'lants van Utrecht sonderlinge dair toe geneycht syn die voorsz compositie volcomelyck te houden, ende dat een generael vrede van alle niet uytgesondert in den Lande voersz gemaect ende gebouden worde. Ende vermogen wy wat daer inne tot rust ende vrede dienende, dair willen wy ons altyt toe vuegen, sonder eenige coste ofte arbeyt dair inne te sparen, so wy dan oock onse Genadige Heere van Utrecht dat menichwerf op anderen syden offeriert hebben, ende tegenwoordich scryven, biddende syner Genaden hem daer toe te willen voegen, so syn Voorvaderen Biscoppen t'Utrecht gedaen hebben, dair synre Genade niet dan alle deucht, eere, ende vorderscap van comen sal. Ende wes der selver uwer Furstelycker Mogentheden hier inne gelieven sullen te doen, daer wilt ons een guetlyck antwoorde van laten wedervaren by desen onsen bode, Ons gebiedende van t'selve wederom tot lieve ende genuegen uwer Furstel. Genad. dair uwer Furstel. Mogentheden ons alle wel dienstelyck ende bereyt tee vinden selle. Kenne Godt die uwer Furstel. Mogentheden wil hebben in syn heylige bescermenisse. Geschreven t'Utrecht onder onser Capittelen segelen des Dinxdaegs voor Ascensionis Domini Ann. CIↃ. CCCC. LVII.

Ibid.

Ibid. *Ende hier voor is borch geworden die Hertoch van Cleeff.* Fidejussit. Sed mox Ordines reddiderunt indemnem, ut in charta est Anni CIↃ. CCCC. LVII. *Wy Prelaten, Dekenen, ende Capittelen van den Dom, Oudemunster, sunt Peter, sunte Johan, ende sunte Marien kercken t'Utrecht, gemeyn Ridderen ende Knapen des lants, Burgemeisteren, Sepenen, ende Raet der Stadt van Utrecht, representerende die drie Staten des Nederstichts van Utrecht, doen condt allen luden. Also als by den tractaet gemaict by middel van den Hoeohgeboren ende Mogenden Vorst, Heren* Johan *by der genaden Gods Hertoch van Cleve ende Grave van der Marck van der verlikinge ende pacificaty der kercken ende des Bisdoms van Utrecht, welck in questie ende gescheel was tusschen den Eerweerdigen in Gode onsen lieven Genadigen Here, Here* David *van* Bourgoengen *Bisscop t'Utrecht aen die een, ende den Eerweerdigen Geboertigen Heere* Gysbrecht *van* Bredenroede *doe ter tyt Elect ende Ruwaert nu Domproest t'Utrecht, ende Proost tot sunte Donaes te Brugge &c. aen die ander syde, onder anderen voerwaerden overdragen ende gesloten is geweest, dat onsen voorsz. Genadigen Heere van Utrecht, ende dat gemeen Sticht van Utrecht, also wel aen geen syde, als aen dese syde der Yselen, bewysen souden ende verseekeren den voersz. Heere* Gysbrecht *voer synen cost ende schade tot Romen, ende oock om die Ruteren ende gewapende, ende anders ten desen dage toe gehadt, te geven die somme van vyftich dusent leuwen, waervan die voergenoemde Hertoch van Cleve Heren Gysbrecht voersz.*

gelave ende wysheit gedaen heeft. Want wy dan van onser syden ende also veer alst ons aengaet den voergenoemden Hertoch van Cleve *van synre loefnissen geerne quytende ontheffen willen, onderhondende t'gene dat uytgesproken is in der saken, so hebben wy daeromme geloeft ende loven mit desen onsen brieve by onser trouwe ind eeren onsen Genadigen Heere den Hertoch van* Cleve *voergenoemt tot behoeff Heren* Gysbrechts *van* Bredenrode *Domproest voersz, zynre erven of testamentoirs gebrake synre, dat Godt verhoeden wil, of houder s'briefs, by synen of hoeren wil uytreycken, ende binnen* Vianen *op onsen cost, hinder, ende scade commer vry te betalen, tot syn of oir seker behoui een ende twintich dusent goude Rynsche gulden, of die waerde dair voir in der tyt ganckaftich in anderen payemente tot drien termynen, als seven dusent Rynsche gulden tot sunte Peters daghe ad cathedram nu naestcomende in den jare van seven ende vyftich, ende seven dusent Rynsche gulden tot sunte Peters daghe ad cathedram daer naest volgende in den jare acht en vyftich, ende noch seven dusent Rynsche gulden tot sunte Peters daghe ad cathedram dair naestvolgende in den jaer van negen en vyftich, of binnen een maent na elken termyne voirgenoemt onbegrepen. Ende op dat onse Genadighe Heere Hertoch van Cleef tot behoeff des voersz Heren* Gysbrechts *Domproest, synen erven of testamentoers, gebrake synre, of houder s'briefs by synen of hoeren willen de voorsz. een en twintich duysent Rynsche gulden des te vaster ende seeckerer sy, so hebben wy overgegeven, geconsenteert, ende belieft,*

over-

overgeven, consenteren, ende believen mit desen onsen selven brieve, dat de voergenoemde somme gelts van een en twintich duysent Rynsche gulden by ons of onsen Gedeputeerden nae der uytsettinghe, die by ons daerom gesciet, sal opgeboert ende ontfangen worden van wegen ons Genadigen Heere Hertoghe van Cleve *voergenoemt tot behoef Heren* Gysbrechts *Domproests voersz, synre erfnamen, of testamentoirs, of houders s'briefs by synen of hoeren wille, op onsen ende den gemeynen Nedersticht van Utrecht, t'sy geestelick of weerlicke luyden hinder, cost, ende scade, uytgesondert alleen die van Amersfoert, Horst, ende Renen mit hoeren toebehoren, na uytwysinge des tractaets voirsz. Ende hier mede sullen wy ende dat gemeene Nedersticht van Utrecht gevryt ende gequyt wesen van den vyftich duysent Leuwen voersz, sonder alle arch ende list &c. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. LVI. *opten 27. dach in Novemb.*

Ibid. *Ende als Bisscop David in den Dom ginck, so gingen Heer Gysbrecht van Bredenrode die Domproest an syn rechter syde &c.* Moris sic, ut inaugurandus inter duos Prælatos medius inter Præpositum & Decanum Trajectensem mitteretur in possessionem, ductus solenni ritu in majorem ecclesiam. Sic Philippus Burgundus in charta Ann. 1517. *Quem quidem dominum Philippum Electum & Confirmatum Trajectensem supradicti domini Philibertus Præpositus & Archidiaconus, & Jacobus de Apelteren Decanus Trajectensis, tanquam præstantiores Prælati pro tunc præsentes cum ea, qua decuit, reverentia susceperunt, & inter se medium processionaliter ducentes in dictam ecclesiam majorem Tra-*

Trajectensem &c. introduxerunt.

Pag. 362. *Ende hy swoer alle die privilegien ende rechten te houden.* Formulam juramenti ab episcopis olim præstiti Lector habet supra *p.* 462. *& seq.* Sed & aliud est, quo obstricti, ad chartam pertinens Provincialem, vulgo *den Lantbrieff.* Præstitum id a Davide vi. Aug. Ann. 1455. Et est tenor hujusmodi: *David van* Bourgoengen *by der Genaden Gods Bisscop t'Utrecht maken condt ende kenlick allen luden, dat wy alle die losten, ende punten, ende voerwaerden, die in desen openen brieve bescreven staen, daer onse tegenwoerdige brief doergesteken is, besegelt mit onsen segel, geconfirmeert hebben ende confirmeren, ende daer op loven, sekeren, ende sweren, ende geloost, gesekert, ende gesworen, ende ons daer op verbonden hebben, wettelyck, ende wail te houden ende te voldoen, ende niet te verbreecken in geenre* wys. *Gegeven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. LVI. *op sinte Sixtus dach, den sesten in August. Ende was besegelt mit een root segel uythangende aen een dubbelde franchyne starte.*

Pag. 375. *so is hy t'Utrecht getogen, ende heeft alle die ballingen in laten comen, die in voorleden tyden uyt Utrecht gejaecht waren.* Factionibus Ultrajectum jam olim variis obsessum. Prima autem earum mentio, postquam concessit vita Herbertus de Berum. Gravis orta tunc discordia in Capitulo, ut ait Beka, quæ & tandem inter cives in civitatem prorepsit, petentibus aliis episcopum Hermannum de Horn, aliis autem contra Fredericum de Hamel. Tanta statim & tam vehemens animorum contentio, ut sarciendæ concor-

diæ Fredericus tandem Imperator Ultrajectum descenderit. Æneas Sylvius de vita Frederici III. Imp. *In Trajecto Frisiæ civitate Hermannum episcopum confirmavit, grandi pecunia multatis, qui resistebant civibus*. Gunther. *lib*. I. *verf*. 512.

Haud mora, Trajectum, patruo regnante superba
Abjecisse jugum cervice, piumque recenter
Offendisse virum factis crudelibus ausum,
Hostili fervore petit; murosque parabat
Inclinare solo, captasque evertere turres &c.

Nec destitit ab eo tempore in partes civitas discerpi. Adversæ partis præcipuos cogebat solum semper vertere pars quæ superior. Et cum modo esset hæc, modo illa superior, plena exulum semper omnia, & diversarum factionum. Alii restituti, alii rursum proscripti. Nec omnium eadem semper ratio. In novo multi Antistite cum eo urbem introituri ponebant reditus sui spem. Sed id præter opinionem nonnunquam aliter accidebat. Vid. Hed. *in Sueder*. *& Rudolph episcop*. Qui redierant sub Brederodio pulsi rursum a Davide. Et cum magnæ adhuc Brederodio, & postquam cessit episcopatu, per urbem essent clientelæ, questus David identidem suos opprimi a Brederodio, ab eo pulsos restitui, & restitutos rursum pelli. Copiam habeo libelli, a Davidis studioso, & qui partium ejus, scripti, & haud dubie Davidis jussu, ad conciliandam Brederodio, quantam posset, invidiam. Non abs re erit, si addam hic, quo clarius de re constet:

Memoriael op verbeteringe van de vrienden, die van de sake weten.

Beklach der vrienden.

Om te weten ende te verstaen dat heercomen van den gescheele nu ter tyt tusschen den Eerweerdigben Vader in Gode ende Heere David van Bourgoengen Bisschop t'Utrecht, en de Stede van Amersfoert, gemeene Burgeren van Utrecht, ende veel andere goede mannnen, na dode Bisscop Rudolphus van Diepholt beroost van hoeren incomen binnen der vryheyt van Utrecht, aen eene syde, ende Heer Gysbert Domproost, ende Heeren Reynout van Brederode, Heynrick Borchgrave van Montfoert, en de Stadt van Utrecht aen de ander syde wesende, so is te verdencken, ende in memorie te hebben, dat in den jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. en acht en veertich Bisscop Rudolf voernoemt binnen synre Stadt van Utrecht niet vryliek comen en conde, vermits hinder ende wederstant, dat hem doe aldaer enige Borgeren, sonderlingh geheten van Renefs, Lichtenbergers, Preysers, ende hoir halperen deden buyten wille ende consent der gemeenne Stadt ende der Landen van Utrecht, waerom groote tweedraebt in der selver Stadt van Utrecht geresen was. Ende want Bisscop Rudolff voernoemt als een Heer van Utrecht, als hy doe was, behoorde sodane tweedracht, wederstant, ende misdaet mitter macht ende hulpe van syne ondersaten te corrigieren ende af the doene, so vermaende hy syne trouwe ondersaten, die Stede van Amersfoert, ende vele ander goede mannen binnen ende buyten Utrecht wesende by hoiren eede ende lofte van trouwe, die sy hem ge-

gedaen hadden, dat sy hem als hoiren Heer bystant doen solden tot synen rechten, ende trecken ende wesen met hem by nachte in der Stat van Utrecht, niemant aldaer quaet te doen, ten ware datmen hem eerst misdade, ende die geweldighe hant te hieden, ende syn rechten te helpen beschermen. Welcke trouwe ondersaten uyt vermaninghe voernoemt ende van noode des rechts daden bystant hoeren Heere Bisscop Rodolph *voernoemt, ende voegende sich doe by den selven Heere binnen Utrecht in der yerster nacht na Lichtmisse in den jare van* XLIX. *gecomen syn syn rechten te helpen bescermen, ende gewelt te keeren, ende niemant te misdoen, die syn handen niet en keerde aen hoiren personen, Nochtans die misdadige Borgeren van Utrecht voirgenoemt keerden hoire geweldige hant op hoiren Heer Bisscop* Rodolph, *ende die van* Amersfoert *voergenoemt, ende sloegen den selven Heer ende sommige andere van synre hulpen voergenoemt ter doot toe, Also dat wederomme deselve van* Amersfoert *ende andere trouwe ondersaten Bisscops* Rodolphs *voernoemt, met werender hant quetsende weren sommighe van den misdadigen Borgeren van Utrecht voergenoemt, daer* Rotard Proeys *ende* Johan *van* Lichtenberch *van storven. Ende omme welcke misdaet* Arnt *van* Amerongen *ende* Heynric Jacobssen *mit oordeel ende mit rechte der Stads van Utrecht waren onthovet, ende andere misdadige gescattet ende geoervedet, ende ballingen gemaect warden, sonder den Bisscop van* Utrecht *in der tyt, ende der Stat voernoemt, ende die gene die Utrecht doe regierden, die sy nu voer hoir ballingen benomet te wesen, ende die van* Amersfoort, *niet in te comen, mer tot ewigen tyden buy-*

buyten der Stat van Utrecht te blyven, ende daer binnen niet te comen sonder consent ende wille des Heeren van den Lande, ende die andere getrouwe bystandige voernoemt, die die saecken voernoemt mede aendragende waren, sonderlinge die van Amersfoert. *Ende daerna in den jare ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende vyf en vyftich in de maent van Januario die ecclesie ende Paepscap in der Stat van Utrecht by raet, consent, ende bystant des Domproests, ende Heer* Reynouts *van Brederode, ende* Heynricks *Borchgrave van Montfoert voernoemt verkeerde dat Regiment, ende Raet, ende Schependom van Utrecht tot hoiren wille; ontsettende die geene die aldaer doe Burgemeesteren, Schepenen ende Raet waren, ende togen die Gilden ende Gemeynte van Utrecht boven die Raedt ende Schependom voernoemt, ende deden die oervedighe ende misdadige voernoemt buyten will ende tonsent des Heeren van den Lande ende der Stadt van* Amersfoert, *ende der andere, die sy oervedich waren, binnen* Utrecht *comen, nemende van hoir loften ende eden, dat sy binnen sekeren jaren, die noch niet om gecomen en syn, in den Raedt ende Schependom van Utrecht niet comen noch sitten en sullen. Ende daerna die gilden in den selven jare van vyf en vyftich om vrede ende ruste als sy segheden tusschen die oervedighe ende misdadige aen die een syde, ende sommige andere Borgeren van* Utrecht *bystandige van Bisscop* Rudolph *voernoemt, die sy oervede gedaen hebben, als voernoemt is, ende die Gilden grootlycker te maken, namen sy loften ende eede van beyden syden, als dat die eene parthye den anderen nimmer hinder, of leet, of moeyte, solde doen omme die saecke ende twee-*

dracht

dracht voergenoemt. Ende die Gilden voernoemt oock vermits lofte ende statuten deden in den selven jare voersz insetten, datmen doe voertan tot eeniger tyt geene ballingen van Utrecht maken en solde buyten wille, consent, ende ordinancy der twaelf gilden voergenoemt. Item in den selven jaer van vyf en vyftich sterf Bisscop Rudolph *voergenoemt in die maent van Martio, ende daerna opten Maendach na Paschen de vyf Ecclesien van Utrecht deden een vrientlycke electie ende koren voir hoiren Bisscop van Utrecht Heere* Gysbrecht *Domproest voernoemt. Welcke electie om redenen verwesen ende te niet gedaen wert van onsen heyligen Vader den Paus van Romen, ende van hem gegeven den Eerweerdigen Vader in Gode Heere* David *van* Bourgoengen *dat Bisdom van Utrecht. Welcke gifte die Domproest, Heere* Reynout *van* Brederode, Johan *van* Montfoerde, *ende die oervedige ende misdadige van Utrecht voergenoemt, die doe dat regiment aldaer met drange occupeerden, niet volgen noch toelaten en wouden. Ende die wederstonden dat also, dat die selve Heere Bisscop* David *van* Bourgoengen, *vermits den Doorluchtigen ende Hoochgeboren Vorst Hertoge van Bourgoengen in den jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ses ende vyftich in de maent van Augusto binnen* Yselsteyn *een tractaet mitten Heeren ende Gilden voorgenoemt om alle vexatie, gewelt, ende hinder af te doen ende neder te leggen gemaeckt heeft. Welck tractaet die van* Brederode, Heynrick *van* Montfoert, *ende Schepenen, ende Raedt der Stat van Utrecht voergenoemt doe ter tyt, ende nu die dat regiment huydendaegs occuperen, als voernoemt, niet vollentogen noch gehoolden en hebben,*

ben. Die welcke na inholt ende verstant des tractaets voergenoemt den selven hoeren Heere Bisscop David *gehouden solden hebben voir hoiren Bisscop van Utrecht, ende hem syne Landen, Steden, ende Sloten laten gebruycken, ende syne rechten laten volgen, als dat behoorlyck ende geboorlyck is te doen syn Voorvaderen Bisscoppen t'Utrecht, ende syne Landen, Steden, ende Heerlicheden niet t'onderwinden, ende te overvallen, datse qualicken gehouden, ende menichwerf gedaen hebben, ende noch dagelycx doen met grooten gewelt ende onrecht, gelyck dat alle man in den Stichte wael kundich ende openbaer is, oock met andere schriften het gespetificeert sal worden, daer des van noden wesen sal, also dat nadien sy den Heere Bisscop* David *niet en hebben gehouden, alse gelovet hadden, ende schuldich waren te doen, hy wederomme niet verbonden en was, noch hudendages en is te houden dit tractaet voergenoemt, ten sy dat sy him eerst en den synen beteringhe doen van die gewelde ende onrechte, die sy gedaen hebben tegens hem, ende synen Lande, ende Steden, als voergenoemt is, ende t'gescheel gebetert in dat verstant van den tractaet voernoemt, als van den genen, die ballingen waren van Utrecht, doemen dit selve tractaet eerst maeckede by den Doorluchtigen Vorst Hertoge van Bourgoengen, en de Deputaten der twaelf gilden van Utrecht voernoemt, dat sonder argelist en tot goeden verstande is te interpreteren, so veel als dat met den rechten bestaen ende wesen moge, beholdelycken den Stichte van Utrecht, ende elker man syns rechts, daer die Bisscop van Utrecht in der tyt niet tegens doen en mach, ende moet syn ondersaten recht doen, ende die houden*

by

by hoeren rechte, wan hy des vermaent wort, gelyck die van Amersfoert, ende andere veel goede trouwe mannen Borgers van Utrecht, die hoeren Heer Bisscop Rodolph *van* Diepholt *in voertyden bystandich waren, als voergeroert is, vermanen, ende han beclagen, ende die misdadige en ballinge voernoemt van Utrecht, die nu mit dwangh boven hoer losten ende eeden die Stadt van Utrecht regieren, ende die selve Stadt mit hulpe der voernoemde* Brederode *ende* Montfoert *occuperen, ende ofhandich maken hoeren Heer Bisscop* David *voernoemt, seggende, dat die misdadige olde ballinge van Utrecht voergenoemt na hoiren losten ende eeden buten der Stat van Utrecht blyven, ende die niet regieren sullen, daer sy geen quytscheldinge van en hebben van den ghenen, die sy vervedich ende beswoeren syn, noch oock dat tractaet gemaket tot Yselsteyn sy niet quytschelden en mochten buyten die van Amersfoert, ende andere goede mannen voirgenoemt, die over die selve ballingen recht te eyschen hebben van hoiren Heer den Bisscop voergenoemt. Dat is te weten eer dat tractaet voergenoemt by onsen Heer van Bourgoengen ende Deputaten der twaelf gilden voernoemt binnen Yselsteyn eerst begonnen, ende begrepen, ende geordonneert waer, geene woerden, noch eenich verstant, noch meyninge was by den genen, die dat tractaet makeden, dan van olde ballingen, die voor der tyt na rechten ende gewoonten der Stat van Utrecht om hare misdaet uytgevlucht ende ballingen waren, gelyck der twaelf Gilden voergenoemt meyninge niet en was eenighe nye ballinghen meer te maken dan daer te bevorens waren. Dat vernemende die olde ballingen*

ende

ende misdadige voergenoemt, die met hulpe der van Brederode *ende van* Montfoerde *voergenoemt in den Schependom ende Raedt tot Utrecht machtich waren, ende setteden sich willens wetens tegens die andere goede mannen, die Bisscop* Rodolph *bystandich waren geweest tot syne rechten als voorgeroert is, deden der selver Stadt clocke luyden een dach of twee te voren, eer dit tractaet tot Yselsteyn besegelt wert, ende maeckeden doe sonder rechtveerdige saecken vele nye ballingen van den goeden mannen voergenoemt boven der Stadt van* Utrecht *olde rechten, ende oock buyten die statuten ende insettingen, ende consent der twaelf gilden, als voergeroert is, ende buyten weten ons Genadichs Heeren van Bourgoengen, ende Bisscop* Davids *voernoemt, ende buten dadinghe of ropinghe der nyer ballinghen, dat immer onbehoorlyck was, ende sonder recht. Want die olde rechte der Stat voernoemt holden, datmen niemant balling maken en sal, hy en sy daer ierst toe geroepen ende gehoert tot synre onschult, als recht is, dat den nyen ballingen niet wedervaren is, ende daerom sy niet en syn, ofte mogen heten te wesen ballingen der Stadt van* Utrecht, *want die Gilden waren doe in die Stat van* Utrecht, *ende hadden doe noch dat regiment, die tot den nyen ballingen uyt te leggen geen consent en deden, als voernoemt is. Wael mogen sich dan schamen die olde ballingen ende misdadige voersz, die na allen rechten noch balling syn of wesen solden, dat nochtans mit dwange en onrecht vermits hulpe der van* Brederode *ende van* Montfoerde *voergenoemt, ende boven hoer loften ende eeden sich holden ende gemaect hebben Oversten ende Regeerders van Utrecht, hun selven quyt schelden*

dende van hoeren eeden ende loften, die sy gedaen hebben, als voergenoemt is; ende maeckende nye ballingen van Utrecht, daer sy noch oervedich syn, ende hore ballingen ierst geworden syn mit recht als voernoemt is.

Pag. 399. *Na dat hy dan de Domproefsti resigneert hadde, so is Domproest t'Utrecht geworden Meester Simon van der Sluys.* Factum id certa lege; quæ cessionario fuit dicta, & quæ charta hac continetur †:

Navolgende seeckere punten daerinne Meester Simon *vander* Sluys *Doctor in medicynen den Eerweerdigen Hoechgeboertigen Heere; Heere* Gysbrecht *van* Brederode *Domproest t'Utrecht belieft ende geconsenteert heeft. Jerst dat die voersz Meyster* Simon *sal confereren twee* Vicaryen *in den Doem, twee kercken oft partien, twe* * Roeden *in den Doem den personen, die hem die voersz Heere* Gysbrecht *dair toe noemen sal, wanneer die vaceren; ende hy van hem oft synen wegen dair toe vermaent sal syn, ende niemant anders. Item dat Meester* Simon *voersz die verschenen ende onbetaelde renten ende resten der* Domproostyen *voersz toebehoorende crygen sal, ende daer toe syn neerstichcyt doen, al oft voor hem selven ware, ende die renten ende resten also mit synre neerstichcyt gecregen sal die selve Meester* Simon *den voersz Heeren* Gysbrecht *ge-*

Ii *tron-*

† *Copia tractatus inter Dnm de Brederode Præpos. tunc & Archidiac. Traject. & Magr. Simonem Archidiaconum modernum.*

* *Roede* scipio est; seu virgula, clero in processionibus prælata à Bastonario; seu, ut vocant, Virgario. Molanus *lib. 2. de Canon. cap. ult.* Roeydrager, ut olim Belgæ. Sed ejusmodi erant plures. Ex iis primus *Primivirgius*. Et hic clerum præcedebat. Reliqui sequebantur.

trouwelick te goede laten worden. Gebuerden oock dat eenige penen, oft verbeurten mits der onbetalingen wille verschenen waren, dat die beternisse ende die profyten daer af comende sellen gelyck onder hun beyden gedeelt worden. Item sal die voersz. Meester Symon *syn neersticheyt doen mit brieven ons Genadichs Heeren van* Bourgondien *om te crygen vyf duysent Ryns guldens, die den voersz. Heeren* Gysbrecht *te* Camera Apostolica *van geleenden gelde schuldich is. Item heeft voort die voersz. Meester* Simon *belieft den vaersz. Heeren* Gysbrechte, *dat die officien der* Domproostye *end* Archidiaconye *sellen blyven dienende onder goede rekeninge dair af te doen tot* Cantate *toe naestcomende, ende van den gelde dat sy dair op gedaen hebben, des Domproests Officiael sal behouden tot des Domproests behoeff dusent Rynsche gulden, ende datter over is sal hy gehouden syn den toecomenden Domproest oft synen Officiael in synen naem te delibereren. Sal oock die vaersz.* Proost *hebben alle institutien ende officiatien, die verschienen mogen tusschen dit ende* Remigii *toe naestcomende excluys, sonder yet meer aengaende der jurisdictie van Cantate tot* Remigii *toe naestcomende excluys daer af anders, dan voerseyt is, te hebben, mits welcken de voersz. Meister* Simon *blyft onbelast van der reparatien by den* Domproest *gedaen aen t'huys tot* Doern *der Domproostyen voersz. toebehoorende. Alle argelist in desen uytgesloten. In kennisse van desen heeft die voersz. Meester* Simon *dese cedule getekent met syn hantteken, ende gesegelt mit synen cleynen segele mits gebreke van synen grooten segele, int jaer* M. CCCC. LXXIV. *opten* XII. *dach Augusti.*

Na-

Nactus Præposituram natus annos viginti ob defectum ætatis oblatis Papæ literis ad beneficium admissus, & admissus, ut sequitur:

Anno 1436. *indictione* xv. *mens. Novembr. die Martis* 24. *hora tertiarum, Pontificatus Eugenii Papæ quarti anno septimo, Generosus & Venerabilis vir Dns* Gysbertus *de* Brederode *insinuavit instrumenta procurationis & substitutionis, nec non literas Apostolicas & processus provisionis super Præpositura & Archidiaconatu Trajectensi, de quibus sibi provisum existit, ut in eisdem literis plenius continetur, & illis lectis & insinuatis petiit se admitti ad dictam Præposituram, & dicti Dni habita inter eos aliquali deliberatione eidem Dno* Gysberto *per os Dni* Johannis Colentier *responderunt, quod in die Veneris proxima respondere vellent. Acta sunt hæc supra in domo Capitulari majori coram Dnis* Johanne Wael *Vicedecano*, Johanne Colentier, Johanne uten Elsweert, Hermanno Vosch, Henrico *de* Winsen, Hermanno, Henrico Sculle, Wilhelmo Paedze, Theodrico *de* Amsterdam, *&* Ottone *de* Jonge *Canonicis Capitularibus, Capitulo ad hoc indicto, præsentibus ibidem Venerabilibus viris, Dnis* Johanne *de* Bloys, *&* Johanne Tienhoven *sancti Salvatoris*, Petro Ramp *sancti Johannis Trajectensium ecclesiarum Canonicis*, Jacobo Fermyn *&* Wilhelmo Pauli *Notariis, & quam pluribus aliis testibus fide dignis, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.*

Ann. Dni M. CCCC. XXXVII. *indictione* xv. *mensis Decembr. penultima, hora tertiarum vel quasi, constitutus Generosus vir Dns* Gysbertus *de* Brede-

derode *Præpositus & Archidiaconus Trajectensis coram Dnis Vicedecano & Capitulo ecclesiæ Trajectensis in Capitulo ad hoc indicto insinuavit & intimavit se suam complevisse juxta consuetudinem ecclesiæ residentiam, Domini admiserunt & approbarunt ipso instante & petente. Præsentibus ibidem dominis*, Jacobo Fermini, Reynoldo *de* Brederode *presbyteris*, Reynero Jagher *&* Wilhelmo Pauli *Notariis & pluribus aliis.*

Ann. Dni M. CCCC. XXXVII *indictione* XV. *die Lunæ Decembr.* XXIII, *hora tertiarum vel quasi, Pontificatus Eugenii* IV. *anno septimo, constitutus venerabilis vir Dns* Wilhelmus Paedze *Canonicus Capitularis ecclesiæ Trajectensis ad officium, quod est Socius Præpositi, per Generosum virum Dnm* Gysbertum *de* Brederoede *Præpositum & Archidiaconum Trajectensem ad hoc deputatus sive præsentatus in præsentia Venerabilium dominorum* Johannis Wael, *Vicedecani*, Johannis Colentier, Johannis *uten* Elsweert, Hermanni Sculle, Theodorici *de* Amsterdam, *&* Ottonis Jonghe, *Canonicorum Capitularium dictæ ecclesiæ Trajectensis, in Capella duodecim Apostolorum ejusdem ecclesiæ Capitulariter congregatis, præhabito prius Capitulari colloquio de & super materia præscripta, de speciali gratia, quia dictus Dns W. non habet domum claustralem, eundem Dnm* Wilhelmum *admiserunt in Socium Præpositi, & dictus Dns* Johannes Wael *obligavit & accommodavit domum suam pro dicto D. Magistro Wilhelmo, prout consuetum est, & præfatus Magister Wilhelmus juravit ibi, quod non ministrabit Præposito Trajectensi quicquam de bonis Præpositura, nisi prius satisfactum*

fue-

fuerit Capitulo de servitio &c. in meliori forma. Et si secus fecerit & ministravererit hoc erit periculo suo. Et promisit dictum Dnm Johannem Wael, *servare indemnem, præsentibus ibidem* Jacobo Fermini *presbytero &* Wilhelmo Pauli *Notaris publicis.*

Instrumenta hæc ex Archivis majoris ecclesiæ. Quod autem de residentia hic & de Socio Præpositi, qui, quod debebat Præpositus, Capitulo tempore constituto quotannis curabat solvi, juramento id continetur, quod & publico instrumento, quod in eodem chartulario, comprehensum hujusmodi:

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem CIↃ. CCCC. *tricesimo septimo, indictione quinta decima, die Sabbati, mensis Novembris ultima, hora tertiarum vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, Dni* Eugenii *divina providentia Papæ quarti anno septimo, in venerabilium virorum, Dominorum* Johannis Wael *Vicedecani*, Johannis Colentier, Johannis *uten* Elsweert, Hermanni Vos, Hermanni Schulle, Wilhelmi Paedze, Theoderici de Amsterdam, *&* Ottonis Jonge *Canonicorum Capitularium ecclesiæ Trajectensis constitutus D. Giselbertus Koc habens & tenens in manibus suis quandam patentem literam sigillo suo in cera rubea impresso ut dixit & apparuit impendente sigillatam, quam ibidem in medium exhibuit & ostendit, cujus tenor de verbo ad verbum inferius describitur, & idem Dn.* Ghiselbertus *super dicta litera & contentis in eadem bene ut asseruit deliberatus, posita manu sua dextra super scriptura ejusdem literæ, corporaliter juravit, quod contenta in eadem firmiter faceret & observaret, & dictam literam sigillatam di-*

ctis dominis tradidit. Super quibus omnibus & singulis præfati domini Vicedecanus & Capitulum petierunt sibi fieri a me Notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hæc Trajecti sub anno, indictione, mense, die, hora, Pontificatu & loco, quibus supra, præsentibus ibidem venerabilibus viris Dn. Rafone Doggart *sancti Plechelmi Aldensalensi Trajectensis diœcesis,* Jacobo *de* Lichtenberch *sancti Petri,* Theoderico *de* Waffenaer *sancti Johannis Præpositis,* Woutero Grawert *sancti Salvatoris,* Gerardo Vrenck *dictæ sancti Johannis Trajectensium ecclesiarum Decanis,* Gisberto Albout & Petro Ramp *ejusdem ecclesiæ sancti Johannis Canonicis,* Jacobo Fermini *presbytero perpetuo Vicario in ecclesia Trajectensi, & quamplurimis aliis in multitudine copiosa astantibus testibus, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Tenor vero patentis literæ, de qua supra fit mentio, sequitur, & est talis:*

Nos Ghiselbertus *de* Brederode *Dei gratia Præpositus & Archidiaconus Trajectensis notum facimus universis, quod tactis corporaliter sacrosanctis ewangeliis juravimus his præsentibus & juramus, quod compositionem, quam quondam bonæ memoriæ* Arnoldus *de* Hoern *inter quondam* Swederum Uterloe *tunc Præpositum & Archidiaconum dictæ ecclesiæ Trajectensis, & Capitulum ipsius ecclesiæ fecit & ordinavit quoad omnes & singulas perpetuitatis clausulas firmam & perpetuis temporibus illibatam servabimus, panem, denarios mensurnales, & convivium ipsis Decano & Capitulo pro ejusdem ecclesiæ Trajectensis quadraginta præbendis præbebimus, sive Canonici & per-*

sonæ

sonæ ipsius ecclesia præsentes fuerint, & omnes residentiam fecerint, sive non, secundum antiquam eorum observantiam, ac si omnes & singulæ personæ ipsius ecclesiæ Trajectensis corporaliter præsentes fuerint, & residentiam fecerint, videlicet pro singulis decem solidis unum florenum aureum de Florentia, aut verum valorem ejusdem, plenarie & sine quacunque subtractione vel diminutione, ministrando, nec non taxationem panis & cervisiæ, vulgariter Verding *appellatam, juxta tenorem libri Cameræ, & modum quondam* Giselberti Koc *prædecessoris nostri firmiter observando. Insuper quia in dicta compositione cavetur, quod omnia bona tam Præpositura quam Archidiaconatus sunt Dnis Decano & Capitulo ecclesiæ prædictæ pro servitio præbendatorum & officiatorum ejusdem ecclesiæ obligata, idcirco juravimus & juramus, quod quamdiu erimus Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ Trajectensis deputabimus & ponemus unum Canonicum præbendatum Capitularem ipsius ecclesiæ, domum claustralem infra emunitatem ipsius ecclesiæ habentem in Socium nostrum, ad percipiendum & levandum omnes fructus & redditus dictæ Præpositura, & ad recipiendum cautiones pro eisdem fructibus & redditibus ad usum & in solutionem servitii præbendatorum & officiatorum prædictorum. Quodque etiam constituemus unum alium Canonicum Capitularem domum claustralem infra emunitatem prædictam habentem in Officialem nostrum ad exercendam jurisdictionem ecclesiasticam, & ad percipiendum & colligendum omnia & singula emolumenta hujusmodi jurisdictionis ecclesiasticæ in Archidiaconatu nostro prædicto ad usum supradictum, salvo quod præfati nostri Socius & Officialis, postquam præbendatis*

& officiatis prædictis de eorum servitio fuerit integraliter satisfactum, nobis de reliquis reddent computum legalem & rationem. Promittimus insuper bona fide præfatos Dominos Decanum & Capitulum singulosque Canonicos præbendatos ipsius ecclesiæ perpetuo servare indempnes, si quovis modo quod absit eos vel aliquem eorum ratione admissionis per eos de nobis ad dictam Præposituram & Archidiaconatum nostros factæ per quoscunque seu quemcunque molestari contingat, quodque admissioni hujusmodi & possessioni inde secutæ ad decretum DD. Decani & Capituli prædictorum sine contradictione renunciabimus, si forsitan postmodum repertum fuerit in eisdem Præpositura & Archidiaconatu nos jus non habere, & quod cum aliqua persona compositionem de Præpositura & Archidiaconatu prædictis sine expresso eorundem DD. Decani & Capituli consensu nullatenus faciemus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum anno Dni CIↃ. CCCC. XXXVII. *in vigilia S. Andreæ Apostoli.*

VE-

VETERA ALIQUOT TESTAMENTA,

Seculo XIII. XIV. & initio sequentis scripta.

I.

Codicilli Gerardi de Leyden Canonici S. Mariæ Traject. Anno CIↃ. CC. LXXXVIII.



Nos Florentius Comes Hollandiæ notum facimus universis, quod vir discretus Magister *Gerardus* de *Leyden* Canonicus ecclesiæ S. Mariæ Trajectensis dilectus clericus noster, compos mentis suæ, in nostra spræsentia constitutus, de salute sua cogitans terram unam, quam comparavit erga *Theodericum* de *Veno* in Officio de *Ryswike* jacentem ultra *Vorde* contulit ac pie legavit monasterio de *Rynseburch* justo proprietatis titulo habendam perpetue & possidendam sub hac forma, quod *Johannes* filius ejus dictam terram & ipsius proventus tenere debeat & tenebit a dicto monasterio justo titulo feodali ad opus structuræ Capellæ suæ de *Steenvorde*, quam idem de bonis suis propriis ædificari fecit, & ad opus sacerdotis pro tempore celebrantis in ipsa, & si ipsum *Johannem* decedere contigerit absque legitimo herede, quod dicta terra ad *Agatham* filiam dicti Magistri *Gerardi* uxorem siquidem *Johannis* filii *Johannis* de *Urbe* sub prædicto jure feodali tenenda a dicto monasterio de-

devolvetur. Si vero dicta *Agatha* absque legitimo decesserit herede, ex tunc dicta terra libere & absolute ad ipsum monasterum revertetur, & per hoc Conventus Sanctimonialium dicti loci ipsius Magistri *Gerardi* & suorum parentum jugem habebunt memoriam, & pro ipsis fundent ad Dominum preces suas. In cujus rei testimonium nos prædictus Comes præsens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Et ego magister *Gerardus* de *Leyden* prædictus ad majorem securitatem hujusmodi legati mei sigillum meum duxi præsentibus apponendum una cum sigillo Domini mei prædicti in testimonium & sempiternam memoriam super eo. Datum anno Domini CIƆ. CC. LXXX. octavo. Dominica qua cantatur *Letare*.

NOTÆ.

Codicillus hic oblatus Principi factus testibus non adhibitis juxta *l. omnium* 19. *C. de testam.*

* *Magister Gerardus de Leyden.* Familia vetus & nobilis. Dixi de ea nonnihil ad Annal. Egmundanos. Quædam etiam de ea habet Sim. à Leuwen *descript. urb. Leyd. p.* 181.

in Officio de Ryswic. Officium idem quod *Ambacht*. *Ambacht* idem quod Præfectura, quod territorium, quod regio. Charta Ann. 1356. *in officio de Toleyse, & in nova terra adjacente, quæ dicitur Polre.* & mox: *in officio seu jurisdictione temporali Joannis de Toleyse.* Nec Latinis inusitatum id. Etiam Cæsar sic locutus *lib.* 3. *de bell. civ. toti officio maritimo Bibulus præpositus.* Ibid. *Cæsar tres cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit, iisque custodiam navium tradidit. Huic officio oppidoque præerat Acilius legatus.* Gasp. Sciopp. *de stil. hist. p.* 59.

& si ipsum Johannem decedere contigerit absque legitimo herede. Ex justis nuptiis nimirum nato, ut circumstantiæ hic satis docent. Modium mutat in feudum, non hereditarium, sed rectum. Exclusis collateralibus admittit tantum descendentes. Sed quod rursum singulare est, non filium tantum, sed & filiam, nec descendentes tantum ex filio, verum etiam

ex

ex filia. Notum quod in rectum mares tantum succedunt, exclusis fœminis, & reliquis, qui ex iis descendunt. *lib.* 2. *tit. de success. feud.* §. *filia.* Neostad. *de feud. Holl. success. cap.* 3. *pr.* & §. 1. & *seqq.* & §. 6. & *ib. Boxel.* Bort *de feud. part.* 2. *cap.* 1. & *part.* 5. *cap.* 2. *vers. ende dat de voorsz Leengoederen.* Resp. Holl. 3. *consf.* 100. *n.* 3. & *seqq.* & 5. *consf.* 218. Sed nisi tabulis investituræ aliud placuit expresse, quemadmodum hic. Neostad. *d. loc.* §. 7.

II.

Testamentum Henrici Wisse van Borsele Toparchæ de Sandenburch Ann. CIↃ. CCC. III.

IN den name des Vaders, des soons, ende des Heyligen Geests Amen. Ic *Henric Wisse* van *Borsele* Riddere, mins Heren *Wolferts* sone van *Borsele*, wilen Here van Sandenburch, dar God de siele of hebben moete, siec van lichame, doch machtich mynre sinnen, met der hulpe der gratie Gods, ende bi rade van goeden lieden, ende van minen vrienden, make ende ordinere min testament, ende besette in deser manieren. Int eerste so geve ic ende sette in handen Broeder *Henric Wissen* van *Borsele* minen Oem, den Joncvrouwe van Voirne minre Suster, min Here *Wolfert* van *Borsele* Here van Zandenburch, *Florense*, *Vrencke*, ende *Clais*, minre broedere, min Here *Joanne* van *Borsele* Riddere mins Oems, vyf hondert pont, te gheven in aelmoesenen over mine siele, na harer conscientie, den hem orbarlekes dunckt, ende best bestaed. Voert alle scoud, al onrecht, al restoor, dat min Here min Vader achter bleeff, alfo verre als het mi ane comet, alfo als broeder *Henrike* minen Oem wal cond is, wille ic dat men gelde volcomelike van minen goede, boven

ven der alemosenen, die hier voren bescreven staet. Voert so begeere ic ende wille dat min exsecutore voerseid setten tote ene eweliker Capelrie also vele goets jarelecx, als hem goet dunckt, in gedinckenissen van mynre sielen, ende die Capelrie te besinghene in de Capelle, dar min Here min vader leghet. Over dit testament ende over dese ordinanche so was de Joncvrouwe van Vorne min Suster, mit Here *Wolfert* van *Borsele*, *Florens*, *Vrencke*, ende *Clais* mine broedere, min Here *Jan* van *Borsele*, min Oem, *Jan* Elands sone, ende *Henric* Bruns sone. De welcke ordinanche was gemaeckt int jaer ons Heren, als men scrivet, CIↃ. CCC. ende drie oppe sinte Baven dach. Ende op dat dese dinghen vast bliven ende gestade, so is dese brief besegelt met Broeder *Henric Wissen* seghele van *Borsele*, mins Heren *Florens* Here van Borsele, der Joncvrouwen van Vorne, Burchgravinne van Zelant, minre Suster, mins Heren *Wolfert* van *Borsele* Here van Sandenburch mins broeders, ende met mins Heten *Jans* segele van *Borsele* mins Oems in orconscepe ende in kennissen hier of.

NOTÆ.

Mins Heren Wolferts sone van Borsele. Gens vetusta, & quæ jam seculo XII. floruit illustris, ut & opibus præpotens, Dominorum de Borsele. Wolfardus, cujus mentio hic, ut defuncti, is ipse est, qui Delfis cæsus occubuit, cum rerum potiretur Joannes Comes I. Assumpserat eum à consiliis & protectorum contra omnes spoponderat Comes codicillis datis Ann. 1297. Sed cum gratia, qua valebat, abuti turpiter crederetur, in eorum, quibus terrori erat, odium incidit tam vehemens, ut properata ei mors, nequicquam Comite obsistente. A quibus cæsus, & postquam cæsus, quæ poena percussorum, non indicantibus speciatim Chronicis, ostendit charta hæc, quæ sequitur:

t' Wi

" Wi *Guy* bi der genaden Gods Bisscop t'Utrecht, *Willem*
" Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zelant, ende
" de Here van Vrieslant, ende *Gerard* Here van Voerne
" Burghgrave van Zelant maken cont, dat edele luden, He-
" ren *Wolfaert* ende Heren *Florens* Ridders, *Vranken* ende
" *Clais* knapen, Heren *Wolfaerts* kindren van *Borsselen*, voer
" hem, haren maghen, haren vrienden, ende haer helpers
" an d'eene syde, Heren *Philips* erfnamen van *Duvenvoirde*,
" Heren *Philips* van *Zanthorst*; Heren *Wouter* van Harlem,
" Heren *Simon* van *Benthem*; Heren *Philip* Voernesse, Heren
" *Ghisekins* erfnamen van Ammers, Heren *Vriesen* erfnamen
" van der Mye, *Diderics* erfnamen van *Zanthorst*, *Florens*
" ende *Wouters* erfnamen van *Duvenvoirde*, *Jan* van *Zas-*
" *senem*, *Willem* van der *Lane*, ende *Gerard Ever* voor hem,
" horen maghen, horen vrienden, dies ons met hem gelooft
" hebben, of ander syde, van alre misdaet, die gesciede an
" Heren *Wolfart*, alse van sire doot, ende van alre misdaet
" ende broke, die daer na gesciede ter *Vere* in jaer ons He-
" ren CIↃ. CCC. ende ene in die weken voer sinte Cruus da-
" ghe ingaenden Meye, op ons bleven syn met horen vryen
" wille, so wat dat wi daer of seggen na onsen goetdenc-
" ken, de partyen geroupen, weder dat si commen iof en
" doen, dat si dat houden sullen. Ende ware dat sake dat
" in onsen seggen enighen twifel ware, dat nu roerde iof
" hier na roeren mochte, dat wi dat verclaersen sullen
" ende mogen na ons selves verstant sonder enich weder-
" seggen van den partien vornoemt. Ende hebben belooft
" onsen seggen, ende onse verclaersen, dat wi seggen, iof
" hier na verclaersen sullen, dat vast ende gestade te houden
" voor hem, horen maghen, horen vrinden, ende hoer
" helpers. Voert hebben si hem verbonden, ware dat sa-
" ke, dat onsen seggen ende onse verclaersen in enich punt
" te broken worde bi hem, iof bi iemant van horen weghen,
" so souden die ghene, die't verbreken souden verbueren lyf
" ende goet, ende dat soude horen tote onser kennesse na
" onsen goetdinken, na onsen wille, ende na ons selve
" proeve. Ende wi *Guy*, *Willem*, ende *Gerard* voerseit de
" partien voernoemt geroupen des Sonnendachs voor
" Pinxteren int jaer ons Heren CIↃ. CCC. ende neghene, die
" partie van Hollant vorseit, tieghenwoerde te *Poeldunen*
" buten s'*Gravensande*, ende de partie van Heren *Wolfaerts*
" kin-

kindren geroupen, gebeit, ende niet en quame teghenwoerde, de warede wel ondervonden van der stucken vorseit bi rade wiser luden, in den name s'Vaders, Soens, ende Helichsgeest seggen wi onsen seggen in der maniere dat hier na volget. In den eersten seggen wi dat Heren *Philips* erfnamen van *Duvenvorde*, Heren *Philips* van *Zanthorst*, Heren *Wouter* van *Harlem*, Heren *Simon* van *Benthem*, Heren *Philips Voernesse*, Heren *Gisekins* erfnamen van *Ammers*, Heren *Vriesen* erfnamen van der *Mye*, *Diedrix* erfnamen van *Zanthorst*, *Florens* ende *Vrancs* erfnamen van *Duvenvorde*, *Jan* van *Zassenem*, *Willem* vander *Lane*, ende *Gerard Ever*, voer hem, ende voor den ghenen dies met hem op ons bleven syn van Heren *Wolfarts* doet gheven sullen ende gelden dusent pont swarter tornoysen, enen groten tournoys gerekent voer sestien penninghe. Voert segghen wi want die poerten, ende die gemeente van Hollant, alsoo wi ter wareit ondervonden hebben, sonder voerraet, ende sonder weten waren van Heren *Wolfarts* doot voorseit, ende omme de liefte des Graven haers Heren daer comen waren onnoselecke, so seggen wise quite van s'Heren *Wolfaerts* doot, ende seggen, dat Heren *Wolfaerts* kinderen, noch niement van horen maghen noch van horen helpers veten sullen den poerten noch den gemeenten voerseit om s'Heren Wolfaerts doot. Voert om dat wi vonden hebben ter warede, dat Here *Florens* van *Bouchorst*, die persoenre van Delf, *Hughe* van *Merlant*, ende *Ogier* uten *Hoeke*, die op ons bleven syn, onsculdich syn van s'Heren *Wolfaerts* doot, seggen wise quite der af. Voert van al den anderen, die s'Heren *Wolfaerts* kinderen betyen mochten van haers vaders doot, daer af en seggen wi niet, want sys op ons niet bleven en syn. Voert seggen wy dat Heren *Wolfaerts* kinderen vorseit Heren *Wolfaerts* broeders ende hoer helpers geven sullen ende gelden drie dusent pont tournoyse, den groten tornoyse gerekent voer sestien penninge vor die vorseide misdaet die gesciede ter *Vere*. Ende dese vorseide drie dusent pont sal die Grave van Henegouwen ende van Hollant ontfangen of doen ontfangen bi sinen bode, ende voert gheven ende deelen onder der gheenre maghen, die daer doot bleven na syns selfs goetduncken ende orbaer sonder ie-

mens

" mons wederseggen. Ende dat gelt voorseit of heden sy-
" den salmen betalen tote Zerixe, t'eeste derdendeel te
" midden somer naestcomende, t'ander derdendeel des
" Sonnedaghes na half vasten daer na comende, ende tard-
" de derdendeel te sente Jans daghs midden somer daer
" naestvolgende. Ende hier bi seggen wi ene alinghe soene
" tuschen den partien vorseit, ende ware dat sake dat y-
" mant onsen seggen brake in al of in enigen punten vor-
" seit, so souden die ghene die 't verbraken verbeuren lyf
" ende goet sonder verdrach. Ende dit sal horen t'onser
" kennmghe, toit ons selves proeve, na onsen goetdunc-
" ken, ute ghesait al recht dat hem helpt iof helpen moch-
" te, in wat manieren dat ware. Ende wi *Willaem* Grave
" van Henegouwen ende van Hollant vorseit sullen Heren
" *Wolfarts* kinderen vornoemt helpen, dat si hare helpers
" sullen winnen, die sculdich syn met hem te gheldene
" ende te beterne die vorseide misdaet na den rechten van
" den lande, ende wi sullen dien vorseiden van Hollant
" hore soene ute doen reëel, ende van Heren *Wolfaerts* kin-
" deren ende van horen helpers. Ende dit seggen hebben
" wi geseit, behouden onser volre macht alle pointen vor-
" seit, die dair of roeren mochten, te verclaersen ende te be-
" diedene na ons selves uerstannesse. In orconden van al
" desen sticken vorseit hebben wi *Guy*, *Willam*, ende *Ge-*
" *rard* vorseit desen brief besegelt met onsen segel. Ghe-
" seit ende gedaen te Poeldunen des Sonnendaghes voor
" Pinxteren int jaer ons Heren CIↃ. CCC. end neghene.

Aliam habeo adhuc chartam Ann. 1317. quæ Florentii, Nicolai, & Wolfardi Domini de Sandenburch ut viventium adhuc meminit. Etiam Franconis & Hedewigis filiæ Wolfardi Burggraviæ Zelandiæ. Alius deinceps Florentius fuit, Dominus de St. Martensdyck, Wilhelmo Duci à consiliis Ann. 1356. ut in charta est ejusdem anni Wenceslai Ducis Brabantiæ. Alius item Ann. CIↃ. CCCC. Dominus de Zulen & de St. Martensdyck, cujus uxor fuit filia Domini Montium ad Zomam, ex qua Franco prodiit Dominus de Oestervant Jacobæ Comitis maritus, & soror ejus Alienora, quæ uxor mox Domini Johannis de Bueren. Florentio agnatus erat Philippus de Borsselen, Dominus de Kortkene, qui cum sine prole concessisset in fata, Florentius in Dominia, quæ ei ampla, successit, & mox Collegium Canoni-

corum

eorum ad moles S. Martini fundavit de suo. Franco Jacoba mortua uxorem duxit filiam Johannis Domini de Wassenaer; relinquens ex concubina Domicella de Hesse Florentium spurium, sed militem strenuum. Brielis vita concessit Ann. CIↃ. CCCC. LX. festo S. Elisabeth, quod incidebat tum in diem Lunæ, parentum tumulo illatus in ecclesia collegiata molium S. Martini.

wilm Here van Sandenburch. Sandenburch castrum in Walachria est non procul à Vera, ubi & pagus *Sandyck.* Aliud in diœcesi est, quod nobilium Dominorum Borre de Amerongen.

die Capelrie te besinghene. *Capelrie* est *Capellania.* Non ædes tantum sacra, in qua altare & ministerium, sed missæ etiam seu officium pro vivis & mortuis, ut dixi ad *Vett: Testam.* Ann. 1695. a me edita *p.*419.

III.

Testamentum Henrici Machelmi Canonici ecclesiæ S. Mariæ Trajectensis Ann. CIↃ. CCC. XLIX.

In nomine Domini Amen. Noverint universi præsentis literæ seriem inspecturi, quod ego *Henricus Machelmi* Canonicus ecclesiæ sanctæ Mariæ Trajectensis, sanus mente & rationis compos de salute etiam animæ meæ sollicitus & cogirans de extremis testamentum meum condidi, feci, & ordinavi, condo, facio, & ordino in hunc modum, inprimis videlicet ob salutem animæ meæ & spem retributionis æternæ universorum bonorum meorum mobilium & immobilium, quæ post mortem meam reliquero, heredem institui & præsentibus instituo in personis pauperum Christi & ecclesiæ ipsum Dominum Jhesum Christum. Perpendens etiam quod is, qui dispositionem bonorum suorum post mortem alii vel aliis committendam duxit, intestatus decedere non

vide-

videtur, discretos viros Dn. *Arnoldum* de *Zutphania*, & *Tilemannum* de *Marshem* Canonicos, *Walterum* fratrem meum semipræbendarium, & *Reynerum* de *Vorden* perpetuum Vicarium antedictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ, nec non *Wilhelmum* dictum *Molner* fratrem meum, & *Hubertum* de *Wulven* meum consanguineum laicos, meos veros feci, constitui, & ordinavi, constituo, facio, & ordino in his scriptis manufideles, seu ultimæ voluntatis meæ executores, supplicans eis humiliter & devote, ut ipsi post mortem meam solutis ante omnia debitis meis, de quibus constiterit per legitima documenta, & exequiis meis factis de bonis meis, de quibus in vita mea personaliter non disposui in præsenti, nec adhuc disponere me contigit in futurum, ipsi disponant & ordinent ea distribuendo in eleemosynas pauperum, ubi & prout ipsis secundum Deum & conscientias suas pro salute animæ meæ magis videbitur expedire, dans eisdem manufidelibus meis, seu ultimæ voluntatis meæ executoribus plenam potestatem & mandatum speciale ingerendi, & intromittendi se de bonis meis prædictis omnibus & singulis, quæ post mortem meam reliquero, mobilibus & immobilibus, ecclesiasticis & mundanis, habitis & habendis, in quibuscunque rebus consistentibus, & ubicunque locorum sitis, positis, vel repertis, eaque petendi & recipiendi ab aliis quibuscunque personis, nec non disponendi de eisdem, & distribuendi ipsa in eleemosynas pauperum, ut præmittitur, omnia quoque & singula faciendi, quæ circum præmissa necessaria fuerint vel etiam oportuna, etiamsi talia fuerint, quæ de jure man-

datum exigant speciale. Quod si omnes antedicti mei manufideles seu ultimæ voluntatis meæ executores in civitate Trajectensi præsentes non fuerint, seu etiam quovis alio impedimento temporali vel perpetuo præpediti aliqui eorum executioni testamenti mei hujusmodi nolint seu etiam non poterint interesse, illi tamen ex eis, qui in civitate Trajectensi prædicta præsentes extiterint, & majorem ex eis partem quoad numerum facientes, testamentum meum prædictum & hanc ultimam voluntatem nihilominus exequantur. Volo etiam & ordino in his scriptis, quod omnia & singula, quæcunque in vita mea personaliter dando, legando, vel quovis modo alio disponendo de bonis meis prædictis feci & ordinavi in præsenti, seu etiam fecero vel ordinavero in futuro in pleno suo vigore permaneant, & robur obtineant firmitatis, præsertim de quibus per me factis & ordinatis, faciendis & ordinandis constiterit per literas meas patentes sigillo meo sigillatas, seu per instrumenta publica, & alias scripturas auctenticas, aut etiam fide digniorum testimonio, seu quovis alio legitimo documento, pœna etiam hac adjecta, quod si aliquis de legatariis meis, quibus dedi aliqua, vel legavi, hoc testamentum meum & ultimam voluntatem meam in toto vel in parte quovis quæsito colore infringere præsumpserit, vel alias impedire, quo minus effectum sortiri valeat, ipso facto cadat ab omni jure quod habet vel alias habere posset in bonis hujusmodi sibi per me datis, ut præmittitur, vel legatis, ipsaque bona sibi per me data vel legata ad ecclesiam beatæ Mariæ prædictam & ad dispositionem dominorum Decani &

Ca-

Capituli ipsius ecclesiæ devolvantur. Et hoc est testamentum meum, seu ultima mea voluntas, quæ volo ut effectum sortiatur & valeat omni jure & modo, quibus melius potest, cum protestatione, quod si valere non possit jure testamenti, saltem valeat jure codicilli, seu cujuslibet alterius legitimæ ultimæ voluntatis, salvo tamen mihi jure revocandi, mutandi, & disponendi aliter de præmissis, quamdiu vitam duxero in humanis. In quorum omnium fidem & testimonium præsentem literam per Notarium publicum infra scriptum conscribi, & in hanc publicam formam redigi feci, & mandavi, & sigilli mei munimine roboravi. Acta sunt hæc in ecclesia Zutphaniensi ante altare beatæ Mariæ virginis in crypta ecclesiæ, sub anno Domini a nativitate ejusdem M. CCC. quadragesimo nono, indictione secunda, mensis Decembris die XVI. hora sexta vel quasi, præsentibus ibidem discretis viris Dnis *Arnoldo Pelegrini* & *Arnoldo* dicto *Last* Canonicis, *Henrico* de *Bocholte* Vicecurato, *Wernero* de *Monasterio*, *Wernero* de *Oldenzeele*, *Johanne* de *Marshem* Vicariis, & *Gerardo* de *Drynemen* presbytero Chorisocio antedictæ Zutphaniensis ecclesiæ testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

NOTÆ.

in personis pauperum Christi & ecclesia. Haud dubie sensit de pauperibus civitatis, ubi obiit. Et de pauperibus, si ibi plures, si variæ eorum matriculæ, quos dilexit plus ceteris. Aut si de eo non satis constet, de his, qui ceteris magis egent, *l. ult. pr. &* §. 2. *C. de sacrof. eccles.* Quinam autem ejusmodi, ex circumstantiis inquirendum, & inquirendum ab iis, quibus ultimæ voluntatis executio est commissa. Balsamo ad Photii Nomoc. *tit.* 2. *cap.* 1. πολλοὶ

τῶν ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἐπιτελευτίοις αὐτῶν διατάγμασιν ἐπιτρόπους ἤγουν διοικητὰς τῶν παρ' αὐτῶν διορισθέντων καταλιμπάνουσι &c. *Multi homines in extremis suis dispositionibus procuratores sive executores eorum, quæ præscripserunt, relinquunt, iisque Christo dulci isto, ac mundo salutari nomine, herede scripto rerum suarum dispensationem atque administrationem injungunt. Hoc autem videntur facere, quum pauperibus substantias suas dividi præcipiunt. Quum enim mendicans accipit, adstat Christus, ac una cum illo manum vacuat.* Dixi *ubi obiit.* Si nimirum locus obitus etiam locus domicilii. Domicilii autem, non quod habuit, sed quod habet ubi obiit. Posteriori enim cedit prius, *arg. d. l. ult. nov.* 131. *cap.* 9. *l.* 39. § *ult. ff. de cond. & dem.* Gothofr. *ad l.* 26. C. *de sacr. eccles.* Mantic. *de conj. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 5. Advysb. 2. *conf.* 156. *& seqq.*

Cæterum aliud adhuc fuit, quod testator hic jussit fieri, scripto hoc scilicet comprehensum Ann. CIↃ. CCC. LX.

" In nomine Dni Amen. Anno nativitatis ejusdem mil-
" lesimo trecentesimo sexagesimo, indictione quinta deci-
" ma, mensis Julii die vicesima tertia, hora quasi comple-
" pletorii, in mei Notarii publici & testium infra scripto-
" rum præsentia personaliter constituti viri, Dni *Thydeman-*
" *nus* de *Malsen* Canonicus, *Reynerus* de *Worden* semipræ-
" bendarius ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, & *Hubertus*
" de *Wulven* civis Trajectensis, executores testamenti seu
" ultimæ voluntatis quondam bonæ memoriæ Dni *Henrici*
" *Machelmi* Canonici ejusdem ecclesiæ beatæ Mariæ, volen-
" tes desiderium dicti domini *Henrici*, prout ipsis in extre-
" mis commiserat & ordinaverat, explicare & perducere ad
" effectum, ne super infra scriptis juxta *Henrici* volunta-
" tem veritas occultetur, dixerunt, proposuerunt, & re-
" cognoverunt, quod dictus quondam dominus Henricus
" in suo testamento seu voluntate quædam ordinaverat,
" quæ servari & adimpleri voluit & mandavit in modum
" qui sequitur & in formam; videlicet quod executores di-
" cti testamenti seu ultimæ voluntatis suæ erigere, conser-
" vare, & dotare deberent unum altare seu Vicariam in ec-
" clesia beatæ Mariæ prædicta, & quod ad ipsos executores
" quamdiu viverent, & ad quemlibet ipsorum, qui diutius
" vitam duceret in humanis, præsentatio seu collatio dicti
" altaris seu Vicariæ & post ipsorum omnium obitum ad
" Decanum dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ, qui pro tempore

" fue-

„ fuerit, & quem in dicta ecclesia personaliter residere con-
„ tingeret, alioqui si non residens fuerit, ad seniorem Ca-
„ nonicum in stallo Capitularem Presbyterum ecclesiæ bea-
„ tæ Mariæ prædictæ libere pertinere deberet, ita quod di-
„ ctum altare seu Vicaria, quoties ipsum seu ipsam vaca-
„ re contigerit, conferri deberet personæ idoneæ actu in sa-
„ cerdotio constitutæ, vel personæ habili infra annum à
„ tempore collationis hujusmodi in sacerdotem promo-
„ vendæ. Item quod persona, cui dictum altare seu Vicaria
„ conferri contigerit, continuo ibidem personaliter reside-
„ bit, & quatuor missas septimanatim celebrabit, nisi
„ eam evidens necessitas vel infirmitas excusaverit, & quo-
„ tiens non celebraverit, totiens committet & cadet in pœ-
„ nam octo denariorum usualium in Trajecto, quos pro-
„ curator sociorum exiget, petet, percipiet, & obtinebit.
„ Et ut præmissa quæ sic sunt acta, & per dictum quon-
„ dam dominum *Henricum* in sua ultima voluntate ordi-
„ nata & statuta, rata maneant atque firma, & ad noti-
„ tiam omnium deducantur, ideo petierunt dicti executo-
„ res super eis à me Notario fieri publicum instrumentum.
„ Acta sunt hæc Trajecti in domo claustrali domini *Thi-*
„ *demanni* de *Marsen* supradicti sub anno, indictione, men-
„ se, die, & hora supradictis, Præsentibus ibidem viris di-
„ scretis Dominis *Johanne Ulber*, *Frederico* van den *Hove*
„ presbyteris, perpetuis vicariis, & *Thidemanno Nodinc* cle-
„ rico Chorisocio ecclesiæ beatæ Mariæ prædictæ, testibus
„ ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Gisel-
„ bertus Soucraert clericus Trajectensis publicus Imperiali
„ auctoritate Notarius &c.

unum altare seu Vicariam. Quid Vicaria ergo patet. Vicarius, sacerdos, qui altari affixus, qui sacra in eo facit, & preces concipit pro defuncto. Sic infra in Testamento Ann. 1433. *Rectori altaris seu perpetua Vicaria &c. in præscripta ecclesia &c.*

IV.

Testamentum Arnoldi ter Niesen Canonici ecclesiæ S. Mariæ Trajectensis Ann. CIↃ. CCC. LI.

IN Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem CIↃ. CCC. LI. indictione IV. quarta decima die mensis Februarii, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, Domini *Clementis* divina providentia Papæ sexti anno nono, in mei Notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorarabilis & discretus vir Dn. *Arnoldus* ter *Niesen*, Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, compos mentis & rationis, licet corpore languidus, advertens nichilominus nihil morte certius, nihilque incertius ejus hora, cupiensque Deo favente horam mortis hujusmodi tam incertam quam inevitabilem rerum suarum dispositione ad honorem Dei, ejusque matris, virginis gloriosæ, salutem quoque animæ suæ, prævenire, de bonis sibi a Deo collatis manufideles, fideicommissarios, tutores, & dispositores voluntatis, omnium quoque bonorum & rerum suarum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac omnium suorum jurium undecunque provenientium elegit, constituit, & ordinavit, eligit, creat, & ordinat honorabiles & discretos viros, Dnos *Suederum* de *Bosinchem* sancti Petri, *Gerardum* de *Embrica*, *Tydemannum* de *Marsen* beatæ Mariæ Canonicos, *Reynerum* de *Voerden* de *Zutphania* semipræbendatum ecclesiæ bea-

beatæ Mariæ Trajectensis prædictæ, quibus, & cuilibet eorum in solidum plenam & liberam dat & dedit potestatem & mandatum speciale, prout in inventario post mortem suam repererint. Quod si non invenerint, extunc sine omni inventario, computi redditione, aut contradictione cujuslibet, auctoritate propria de bonis suis omnibus & singulis, mobilibus & immobilibus, actionibus & juribus suis quibuscunque, tam præsentibus quam futuris, post mortem suam se intromittendi, ea ingrediendi, vendendi, alienandi, transigendi, & de ipsis disponendi & ordinandi libere, prout ipsis omnibus simul sumptis seu aliquibus, videlicet majori & saniori parti, visum fuerit expedire, & prout saluti animæ suæ magis videbitur fore salutare, facultatem concessit. Specialiter tamen vult & ordinat, quod quum antiphona de domina nostra videlicet *Salve Regina* post completorium diebus Sabbatinis in adventu Domini, & a septuagesima usque ad vigiliam Paschæ inclusive cantatur, Canonici & Vicarii in decantatione antiphonæ prædictæ corporaliter præsentes, & in choro psallentes, quinque habeant solidos bonorum inter se secundum consuetudinem ejusdem ecclesiæ dividendos. Dein vult & ordinat, quod ad anniversarium suum perpetuo in dicta ecclesia sua peragendum redditus triginta solidorum bonorum comparentur, qui in vigiliis, missa animarum, ac visitatione sepulchri sui anniversaria cum aqua benedicta inter Canonicos & Vicarios ibidem corporaliter præsentes & orantes distribuentur, nulla occasione vel excusatione quoad perceptionem portionum prædictarum absentibus ex quacunque causa suffragante. Item

vult & ordinat fieri memoriam parentum suorum in ecclesia annis singulis tertio die mensis Julii, ad quam peragendam decem solidi bonorum denariorum Canonicis ac Vicariis dictæ ecclesiæ in vigiliis & missa animarum, ut prius, ministrabuntur. Item vult & ordinat, quod per manufideles suos seu testamenti executores unus scholaris choralis perpetuo ordinetur, cui redditus quatuor librarum bonorum pro vitæ suæ sustentatione comparentur, quem Decanus & Scholasticus instituere ac deponere debent, prout eis pro servitio chori melius videbitur expedire. Cujus summa totalis ad duodecim libras parvorum se extendit, quorum quatuor libræ sumentur de bonis in parochia de Wageningen sitis. Et pro residuis octo libris annuatim comparandis vult & mandat vendi domum suam, quam inhabitat, & quicquid superexcreverit, solutis primo & ante omnia debitis, nec non deductis expensis exequiarum suarum, quas supplicat fieri humiles & devotas, & non curiosas nec sumpruosas, una cum annis gratiæ suæ vult, quod hujusmodi octo libræ parvorum emantur. Et etiam specialiter de istis bonis disponendi & ordinandi, prout in duabus cedulis sigillo nostro sigillatis aperte continetur, dans & concedens, eisdem suis executoribus, seu cuilibet eorum, potestatem, nec non transferens in eosdem & eorum quemlibet omnia bona sua mobilia & immobilia, resque in ipsis bonis existentes, & omnes actiones, reales, personales, utiles, contrarias, & directas, sibi contra quascunque personas, monasteria, collegia, seu universitates ecclesiasticas vel seculares, quacunque occasione seu causa competentes, & omnia

omnia sua jura præsentia & futura, ac constituens eosdem executores seu manufideles procuratores in rem suam, ac ponens eosdem in locum suum, ut defuncto eodem, nomine suo, coram quibuscunque judicibus, competentibus actionibus, utilibus & directis, adversus easdem personas, monasteria, collegia, seu universitates agere & experiri poterint, & omnia alia & singula facere & exercere, quæ in præmissis necessaria fuerint, etiamsi mandatum exigant speciale. Et hanc suam ultimam voluntatem esse asseruit, quam valere voluit jure testamenti. Quod si jure testamenti valere non possit, saltem valeat jure codicillorum, vel prout melius valere poterit jure cujuslibet ultimæ voluntatis. Et per hoc suum præsens testamentum revocat & annullat cetera testamenta & legata per ipsum temporibus retroactis. In cujus rei testimonium præfatus testator præsens suum testamentum per me Notarium infra scriptum in publicam formam redigi mandavit & conscribi, suique sigilli fecit appensione muniri. Acta sunt hæc in domo habitationis testatoris supradicti, præsentibus ibidem discretis viris, dominis *Waltero Tam*, *Gerardo* de *Amersförde* presbyteris, perpetuis Vicariis ecclesiæ beatæ Mariæ supradictæ, & *Gisilberto Mande* clerico Trajectensi, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

NOTÆ.

& a Septuagesima usque ad vigiliam Pascha. Ordo Romanus: *Septuagesima videtur dici posse propter* LXX. *dies, qui sunt ab ipso die ad Sabbatum ante Octavas Pascha, quo die alba tolluntur vestimenta a nuper baptizatis.*

quinque habeant solidos bonorum. Supple *denariorum*, ut infra:

infra: *ad quam peragendam decem solidi bonorum denariorum Canonicis & Vicariis &c. ministrabuntur.* & mox: *cui redditus quatuor librarum bonorum pro vita sua sustentatione comparentur. Bonorum*, id est, justi ponderis, *goets gelts*, ut in chartis est. Specul. Saxon. *lib. 3. art. 4. triginta solidi ponderosorum denariorum pro emenda praestentur &c.* Denarius erat obolus, & interdum semiobolus. Nam pro temporum ratione varius ejus valor. Charta Ann. 1463. *dedit & donavit ad manus Magistri Jacobi Dibbout &c. octuaginta octo florenos postulatos aureos, & duodecim denarios argenteos vulgariter stuvers nuncupatos &c.* Carolomanni Capitulare apud Goldast. 1. *const. imper. n. 11. pars ecclesiastica pecunia, nempe duodeni denarii, quem solidum vocamus, contribuantur mihi, quo militibus nostris praemia condigna laboribus tribuantur.*

Cujus summa totalis ad duodecim libras parvorum se extendit. Parvorum, Scilicet nummorum. Sed nec valor satis certus. Libra novem valebat placcas, quanti Guido aestimavit episcopus Trajectensis. Charta Ann. 1308. *concessimus & concedimus per praesentes sub annuo pacto quinque librarum, qualibet libra aestimata ad novem placcas Dordracenses, &c.* Placca obolum valebat, seu stuferum, ut Boxhornius ait *theatr. urb. Holland. in descriptione Dordraci.* Sed nec id satis certum, si id verum, quod ajunt, quod nummus olim Hollandicus interdum valuit sex chalcos, interdum duodecim, ut notavit Buchelius ad verba haec chartae veteris, qua donatio olim facta ecclesiae de Leyderdorp: *Item oude Henrick van der Does besette op enen werff gelegen by der kercke tot Leyderdorp by Johan Hugens in Uiterdyck den Pape, die de kercke regeert, alle jaer XII. penningen goets gelts, ende den Coster ses penningen goets gelts. Notandum*, inquit: *In de oude reeckeningen van Vrouwe Machtelt wort elcke penningh gerekent op twee schellingen Hollants, maeckende nue twee blancken, dan by tyden van oude Henrick voersz. het welck by na L. jaer voor was gevallen, vermoede deselve niet hooger dan een blanck gereeckent te syn, wesende nu juist die aestimatie van enen Engelschen penninck.* Adeo autem incerta haec, ut nec olim satis constiterit, quae esset libra parvorum. Vetus apud me scheda est, ex ecclesia Trajectensi, librarum aliquot valorem continens. Sed quod ad libram parvorum propter crebras mutationes, & varium ejus pretium, nulla additur aestimatio. Scheda ita se habet: *Extractum ex Registro literarum reddi-*

tuum

tuum vitalium & redimibilium ecclesiæ cathedralis Trajectensis, nec non feudorum, censuum, & terrarum, incipiente Anno 1530.

Libra grossorum Turonensium regalium valet duos aureos regales cum dimidio, computando pro quolibet grosso seu solido libra Turonensis cum dimidio III. *stuf.*

Libra parvorum magnorum valet

Libra parvorum nigrorum valet

Libra bonorum antiquorum valet XII. *stuf.*

Libra Civitatis Trajectensis valet IV. *stuf.*

Libra Civitattis Amersfordiensis valet VII. *duyts.*

Libra nigrorum simpliciter sine aliquo addito juxta literas de data Ann. CIↃ.CCC.LXII. *reducta ad libram bonorum, ut apparet ex literis & registro S. Mariæ,* IX. *stuf.*

Libra nigrorum simpliciter de Anno CIↃ. CCC. XLVIII. *erat* XXXIX. *stuf. computando in uno aureo* XXVI. *schell. &* XX. *schellinck in een pont.*

Et quia ita variatum, siquis alibi forsan legat, quod libra olim Hollandica quindecim fecit obolos, & *een schellinck* sex chalcos, non necesse est ut miretur. Hodieque obolus *een schellingh* est in rationibus publicis. Vid. *t'Begin, Voortgangh, en End der Erfgravelycke Bedieninge cap.* 3.

V.

Testamentum domini Godscalci de Reden olim Vicecurati civilis ecclesiæ Trajectensis, Ann. CIↃ. CCC. LII.

In Dei nomine Amen. Universis præsentes literas inspecturis ego *Godescalcus* de *Rede* Vicecuratus civilis ecclesiæ Trajectensis solitæ per duos in solidum gubernari Rectores facio manifestum, quod per gratiam Jesu Christi compos mentis, corporis, & rationis, sex jugera terræ arabilis ad me jure dominii vel quasi pertinentia, prout sita sunt in parochia sancti *Nicolai* Trajectensis juxta locum dictum *Wedenderbrugghe* inter terras religiosarum dominarum Priorissæ & Conventus monasterii albarum do-

dominarum Trajectensium ex uno latere, nec non *Gerardi Wit* civis Trajectensis ex alio latere, quæ nunc *Nicolaus* filius *Bartholomei* titulo locationis sibi a me tenet, colit, & possidet pro pensione annua tredecim librarum, decem solidorum denariorum, Trajectensium usualium, & sex pullorum, in festivitatibus obitus beati Martini & Petri ad cathedram persolvenda, usufructu eorundem jugerum, excepta duntaxat una libra * arvali infrascripta *Erckenradi* olim *Henrici* de *Keysers* filiæ, quamdiu vita supervixerit naturali, & post ipsius *Erckenradis* decessum *Johanni* suo fratri, si eam supervixerit, & quoad vixerit, & michi post ipsorum amborum decessum, si me vita naturali supervivere contigerit, & quoad vixero, in eisdem totaliter reservato, non vi, vel dolo, inductus, sed ex certa scientia & spontanea voluntate do, confero libere, perpetue, & assigno donatione causa mortis procuratoribus fabricæ civilis ecclesiæ Trajectensis sub formis, modis, & conditionibus infra scriptis, jusque, proprietatem, & possessionem eorundem ex causa & ob causam infrascriptam, in & ad usus infrascriptos, transfero & supporto, & per abjectionem straminis, quam manu mea dextera præsentialiter teneo, effestucando renuncio eisdem, omni modo, forma, & jure, quibus melius tam de jure quam de consuetudine valere poterit & debebit. Et hujusmodi donationem, collationem, assignationem, translationem, supportationem, & effestucationem, & quamlibet earundem subsistere volo, ordino, & valere, ac si omnis solempnitates in talibus debite & consuete fieri in temporali judicio, sub quo eadem

* *annali.*

dem bona, jugera, five terræ confiftunt, ibidem temporibus congruis acceffiffent, & intervenissent, & per nos præfentialiter ibidem actæ & geftæ effent & fuiffent, fub formis, modis, conditionibus, & onere fubnotatis. Inprimis igitur volo, ordino, atque mando procuratoribus fabricæ dictæ civilis ecclefiæ pro tempore, quod fingulis annis perpetuis temporibus terminis folutionum fupradictis penfionem colligant de eifdem jugeribus five terris a cultoribus eorundem, & de eadem penfione fingulis annis ad fabricam dictæ civilis ecclefiæ dent & exfolvant unam libram dictorum denariorum. Item mando eifdem procuratoribus expreffe, quatenus fingulis annis, diebus dominicalibus & feftivis hominibus humiliter fpiritu viventibus, & euchariftiæ facrum recipientibus, tempore receptionis facramenti eifdem vinum & ablutionem miniftrent. Et in fubfidium expenfarum hujufmodi ad hoc faciendarum de dicta penfione dictorum jugerum recipient duas libras dictorum denariorum. Item volo, ordino, atque mando, quod dicti procuratores de penfione fupradicta fingulis menfibus anni inter Rectores, Capellanos, & Chorifocios dictæ ecclefiæ civilis, tamen præfentes, pro memoria menfurnali mei & illarum perfonarum, a quibus pecunia hujufmodi, cum qua dicta jugera empta fuerunt & comparata, traxit originem, miniftrent inter in vigiliis & in miffis pro defunctis tum præfentes, ut præmittitur, quinque folidos dictorum denariorum; quæ fumma fe extendit in univerfo ad tres libras. Et eifdem temporibus perpetuis vifitent certum locum fepulchri cum orationibus recommendatoriis confue-

tis

tis in memoriam mei & præsentiarum earundem. Item do, confero & assigno donatione inter vivos in honorem omnipotentis Dei, ejusque gloriosæ genitricis virginis *Mariæ*, ac beatæ *Elisabeth* viduæ de pensione annua jugerum prædictorum singulis festivitatibus beatæ *Elisabeth* unam libram annuam inter Rectores, Capellanos, Custodem, & Chorisocios dictæ ecclesiæ civilis tum corporaliter præsentes distribuendam, sub hac forma, quod dicti Rectores, presbyteri, Capellani, & Vicarii, & Custos campanarii in feriis solempnibus in vigilia & in die beatæ Elisabeth vesperas solempniter in cappis & missam in die cum ministris cantabunt, & Custos dictæ ecclesiæ solempniter quemadmodum in die festi pulsabit. Quod si præmissa neglexerit, & non adimpleverit, extunc volo, ordino, atque mando, quod dicta libra inter pauperes distribuatur. Item mando dictis fabricæ civilis ecclesiæ procuratoribus, ut singulis annis perpetuis temporibus *Conventui* fratrum *Prædicatorum* Trajectensium in festo beati *Dominici* comparent tanta cibaria, quanta pro una libra valeant comparari de dicta annua pensione, & eidem *Conventui* dent, legent, & assignent. Item mando, & committo eisdem, ut singulis annis perpetuis temporibus *Conventui* fratrum *minorum* Trajectensium in die sive festo beati *Francisci* eodem modo cibaria comparent, assignent, & ministrent advalorem & æstimationem unius libræ denariorum prædictorum. Item volo, mando, & committo eisdem Procuratoribus fabricæ, ut singulis annis in Dominica carnisprivii, tempore quo legitur *Omelia de decem leprosis*, unam libram dictorum denariorum di-

divisim in carnes mutent, & easdem carnes mittant leprosis extra muros Trajectenses commorantibus. Item cum nemo suis propriis stipendiis militare teneatur, mando dictis procuratoribus fabricæ, ut de dicta pensione singulis vigiliis festivitatum obitus beati Martini recipiant unam takam vini. Cæterum volo, ordino, atque mando, quod dicti Procuratores cum pecunia supercrescenti infra taxum duodecim librarum ex dictis jugeribus emant calciamenta, & ea inter pauperes hostiatim mendicantes distribuant. Insuper volo, ordino, atque mando, quod sex pulli, vel quot de dictis jugeribus provenire potuerint, & pecuniarum duodecim librarum summa supercrescens, cedent Rectoribus, Capellanis, & procuratoribus fabricæ dictæ civilis ecclesiæ ad hunc finem, quod cum inter se tractare voluerint super utilitate dictæ civilis ecclesiæ, quod in tractatu eorundem dictis pullis & pecunia, ut præmittitur, supercrescente fruentur, & in convivio eorum socios dignos ad prandium invitabunt. In quorum omnium testimonium & munimen præsentes literas per *Johannem* Notarium publicum subscriptum scribi & publicari mandavi, meique sigilli & sigillorum discretorum virorum, domini Giselberti de Minden Rectoris dictæ mediæ partis civilis ecclesiæ, *Giselberti Grawert*, & *Tydemanni Mouwen* civium Trajectensium feci appensione communiri. Et nos *Giselbertus* de *Minden* Rector, *Gyselbertus Grauwert*, & *Tydemannus Mouwen*, cives supradicti, ad rogatum dicti *Godscalci* sigilla nostra præsentibus literis, quibus sigillum suum proprium appositum fuerat, duximus apponenda. Datum & actum

in

in armario dictæ civilis ecclesiæ Trajectensis sub anno Domini cıɔ. ccc. lii. indictione v. mensis Januarii die xx. hora quasi vi. præsentibus ibidem domino *Giselberto* Rectore, *Giselberto Grawert*, & *Tydemanno* supradictis, nec non providis viris & discretis, *Jacobo* de *Lichtenberch* clerico, *Jacobo* de *Jutfaes*, & Waltero de *Voerscoten* civibus Trajectens. testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

NOTÆ.

& per abjectionem straminis. In dominio transferendo solennitas olim frequens. Quod hic stramen, *festuca* alibi, calamus. Et hinc *effestucatio*, de qua extat libellus Frederici a Sande. Charta apud eund. *ad consf. Gelr. tr.* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. *n.* 33. *Pro eo supportavi prædicto domino Comiti* xxxiii. *jurnales terræ arabilis puri allodii ore & calamo sitas apud Leguych.* Alia apud Hed. *hist. Ultraj. p.* 94. *Mox post hæc subsequenti* iv. *die, ut firmius & stabilius esset &c. eisdem prænominatis testibus, & aliis nonnullis astantibus, sine alicujus retractatione cum ramo & cespite jure rituque populari sancitum est, & rationabiliter firmatum.* Exempla sunt infinita. Formula apud Lindenbrogium 28. *In jus & dominationem jam dicti monasterii per hanc chartulam donationis, sive per festucam, atque andelangum a die præsente donamus, tradimus, atque perpetualiter in omnibus transfirmamus.* Ubi *andelangus* non, ut putat Wendelinus *glossar. ad leg. Salic. verb. Festuca*, mancipatio, aut traditio est, sed modus tantum aut symbolum, quo traditio perficitur. Nam si traditio aut mancipatio, dicendum idem de festuca, (conjunguntur enim duo hæc) imo idem & de ramo, de herba, de terra. Aliud res est, quæ traditur, aut id quod eam repræsentat. Aliud ipsa traditio. Puto fustem *andelangum* esse, aut virgam, aut vitem, de qua in formula apud Lindenbrog. 156. *Venit homo aliquis nomine ille ad illum mansum, quem ante hos dies per chartulam venditionis ad filium suum adfirmavit per ostium & anatalia* (*anaticla* vel *anaticula* legit Carolus du Fresne *glossar. in Anaticla*, & cardinem, qui in foribus circumvertitur, exponit) *per herbam & vitem ei visus tradidisse, vel consignasse &c. & exitum inde se fecit.* Vox aut Belgica aut Germanica est,

est, forte ab *in de hand langen*. Nam & virgam in manus sumunt, aut in manus iis datur, qui foras prodituri. Et prædio alienato, qui alienaverat, exiisse, saltem signis significasse, vacuam possessionem cessionatio se reliquisse, & ostendit, quod dixi, & Formula apud Lindenbrog. 155. *Quantum illa epistola commemorat & insertum est, consignavit, tradidit, & vestivit, & per durpilum & festucam sibi foras exitum alienum vel spoliatum in omnibus esse dixit & omnia werpivit. Durpilus* ibi ostium, limen, vestibulum. Nam & ita paulo ante: *Ad monasterium illud in honorem sanctorum illorum constructum, ubi dominus ille Abbas praesse videtur, a die præsente ad integrum concessit, & confirmavit, per portas, & per ostia &c. dictam donationem &c.* Marculfus: *Consignavit, & tradidit, & vestivit, & per durpilum & festucam sibi foras exitum alienum vel spoliatum in omnibus esse dixit.* Haud dubie est a *dorpel*, ut *wirpivit* a *werpen*. In sinum cessionarii enim mittebatur festuca. Marculfus: *Villas nuncupatas illas sitas in pago illo sua spontanea voluntate nobis per festucam visus est laiso werpisse vel condonasse &c. Laiso werpisse*, id est, in sinum jactasse. Nam & *laisus* vox barbara. Lex Salica *tit.* 48. *pr. & requiratur postea homo, qui ei non pertinet, & sic festucam in laisum jactet.* Vetus Glossa ad illum titulum: *De donationibus, quæ fiunt festuca in sinum ei, cui donabatur, projecta.* Pithæ. *ibid.* Et hinc illud, *per abjectionem straminis.*

ac si omnis solempnitates in talibus debite & consuete fieri &c. Immobilium dominium testamento transferri potest, & eandem habet vim & effectum translatio hæc, ac si facta in judicio. Eandem etiam vim habet Pactum dotale, Instrumentum divisorium, seu familiæ erciscundæ, & de hereditate transactio, Successio ab intestato, Præscriptio temporis, Legatum, & Conjugalis communio. Lantrecht *van Roermonde part.* 1. *tit.* 2. §. 2. *n.* 12. *& part.* 2. *tit.* 2. §. 1. *n.* 10. *van Veluwe tit.* 27. §. 1. *van Zutphen tit.* 18. §. 1. *van Antwerpen tit.* 41. §. 2. *& tit.* 46. §. 10. *& tit.* 57. §. 3. *van Wynoxbergen tit.* 16. §. *ult. van Dendermonde tit.* 9. §. *ult. van Cortryck tit.* 12. §. 3. *van Brugge tit.* 3. §. 3. *van Gent tit.* 12. §. 3. *& tit.* 24. §. 2. *van Tiel part.* 1. *tit.* 8. §. 2. Deelbouck *van den Lande van den Vryen* §. 67. Winhof *jur. Transisul. part.* 4. *tit.* 4. Roseb. *recueil. cap.* 42. *art.* 3. Anselm. *ad edict. perp. art.* 24. §. 22. Stockmans *decis.*

22. *& tr. de jur. devol.* 1. *cap.* 3. *n.* 13. *& seqq.* Wassen. *pract. notar. cap.* 12. §. 41. Valet facta instrumento familiæ erciscundæ constitutio hypothecæ, & habetur perinde ac si facta in judicio. Unde &, si sit prior, posteriori, quæ in judicio constituta, præfertur. Lamb. Goris *advers. tr.* 4. §. 1. *n.* 3. *& tr. de effect. cap.* 2. *n.* 34. Nederl. Advysb. 4. *consf.* 19. *&* 69. *&* 144. De alodiis quidem loquor. Sed nec in feudis diversum est. Venia quidem non impetrata testari de iis non licet, non recipiunt divisionem, nec veniunt in communionem, successori tamen deferuntur, seu testamentario, seu legitimo, citra actum aliquem judicialem; nisi quo investitura fit. *Nederl. Advysb.* 1. *consf.* 257. De pacto dotali disputant. Et paulo aliter se hic habet res. Non necesse est quidem, ut id fiat coram judice ejus loci, ubi situm est feudum. Necesse est tamen ut fiat coram Paribus Curiæ & feudorum Præfecto. Resp. Holl. 2. *consf.* 117. Etsi alibi, ut in Gelria, ne id quidem necesse est *d. consf.* 260. *&* 2. *consf.* 56.

eisdem vinum & ablutionem ministrent. Sub una tantum specie communio laicis concessa. Exceptis regibus Galliarum, qui non minus uncti quam sacerdotes, vinum ipsis non datur. Sleydan. *lib.* 9. *hist.* Ablutio calicis tantum datur, pauxillum vini cum aqua, qua postquam sacerdos hausit, abluendus rursum calix. Et id vinum ablutionis. Joann. de Ragusio apud Canis. *to.* 3. *antiq. lect.* 2. *p.* 254. Hinc amæ in usu ecclesiastico, e quibus in usum missæ vel vinum fusum vel aqua. Anastas. Biblioth. in Benedicto III. *Amam unam ex argento purissimo pensantem libras decem.* Ordo Romanus: *Amula argentea ad vina fundenda parata.* Aqua usi bifariam, vel ad vasa abluenda, & hæc rursum mox effundenda, ad quod vulgo etiam locus juxta ipsum altare, vel ad vini reliquiis miscendam & dandam laicis, quo nimirum facilius datam hostiam deglutirent. Ratherii Veronensis episcopi Synodica ad Presbyteros apud d'Achery *to.* 2. *Spicil. Locus in secretario aut juxta altare sit præparatus, ubi aqua effundi possit, quando vasa sacra abluuntur: & ibi vas nitidum cum aqua pendeat, ibique manus lavet post communionem.* Henricus Rebdorfensis: *Quum devote sumeret corpus & sanguinem dominici sacramenti, in ablutione calicis per quendam fratrem ordinis Prædicatorum immissum est venenum in calicem.* Disenbach *diss. de vit. & mort. Henric.* VII. *sect.* 3. §. 4. Amæ

alio-

alioquin & Romanis sed ad incendia extinguenda, *l.* 3. *§. sciendum ff. de off. Praef. vig. l. quaesitum* 12. *§. acetum ff. de instr. & instr. leg.* Alreserr. *ad Anastas. in Sylvest.*

pro memoria mensurnali mei &c. Quot mensibus solemnis dies sacris precibusque pro defuncto faciendis. Tricesimus vulgo, *syn dertichste, c. cum ex parte ext. de verb. sign. in* 5. *Compil. nec non & de his, quae pro anniversario, septimo, trigesimo, & vigesimo faciendis &c. aliqua deberet solvi portio ecclesiae cathedrali &c.* Ciron. *par. de capell. monach.*

visitent certum locum sepulchri. Vid. ad Vett. Testam. antehac a me edita. *p.* 491.

V I.

Testamentum Hugonis Braem Decani ecclesiae S. Mariae Trajectensis Ann. CIↃ. CCC. LXIV.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem CIↃ. CCC. LX. quarto, indictione secundum stylum & consuetudinem Civitatis & dioeceseos Trajectensis .... mensis Martii die quarta decima, hora Completorii vel quasi, in mei Notarii publici subscripti & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum praesentia personaliter constitutus Venerabilis vir Dn. *Hugo Braem* Decanus ecclesiae beatae Mariae Trajectensis, compos mentis corporis & rationis, animadvertens nichil morte certius, ejusque hora nihil incertius, & illud verbum Prophetae, *Dispone domui tuae, quia morieris*, volens diem peregrinationis suae extremae per dispositionem rerum suarum temporalium ad honorem Dei, & omnium Sanctorum, animaeque suae salutem, prout sursum permittitur, praevenire, suum testamentum, codicillos, seu ultimam voluntatem fecit, & expres-

ſit, prout in quadam cedula, quam manibus ſuis tenuit, & mihi Notario tradidit, plenius continetur. Cujus quidem cedulæ tenor inferius deſcribitur. Et hanc & contenta in dicta cedula dixit & voluit ſuam eſſe ultimam voluntatem, quam valere voluit jure teſtamenti, codicillorum, ſeu alterius cujuſlibet ultimæ voluntatis, prout melius valere poterit, de jure, conſuetudine, ſeu more diœceſeos Trajectenſis. Tenor vero dictæ cedulæ & ultimæ voluntatis dicti Dn. *Hugonis*, de quo ſupra fit mentio, mihi ut præmittitur per eundem datæ, traditæ, & deliberatæ, talis eſt: In nomine Domini Amen. Pateat univerſis præſentes literas inſpecturis, quod nos *Hugo Braem* Decanus eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſis mentis, corporis, & rationis per gratiam Jheſu Chriſti compotes, advertentes nihil morte fore certius, nihilque ejus hora incertius, propter quam inevitabilem & incertam horam volentes ad honorem Dei animæque noſtræ ſalutem rerum noſtrarum temporalium diſpoſitione, prout ex alto permittitur, prævenire, noſtrum teſtamentum, codicillos, ſeu ultimam voluntatem ordinamus & diſponimus in hunc modum. Inprimis volumus & mandamus, quod omnia debita noſtra, de quibus conſtat ad præſens, aut quomodolibet conſtare poterit in futurum, de primis & paratioribus bonis noſtris per executores noſtros hujus noſtræ ultimæ voluntatis inferius deſignatos plene ante omnia noſtris creditoribus perſolvantur. Item pro memoria noſtra peragenda aſſignamus quolibet menſe Canonicis, Vicariis, & Choriſociis dictæ eccleſiæ beatæ Mariæ viginti ſolidos bonorum, tantum præſentibus in vigiliis, miſſis, & noſtri ſepulchri viſi-

tatio-

tationibus ministrandos. Item in anniversariis nostris assignamus duas libras dictæ monetæ annuatim ut præmittitur distribuendas. Item pro memoria nostrorum peragenda parentum in ecclesia beatæ Mariæ prædicta assignamus, videlicet in anniversario Patris nostri, qui erit in crastino beati Jacobi Apostoli, decem solidos, in matris nostræ, quæ erit in viglia beatæ Agnetie x. solidos, item *Bramonis* fratris nostri, qui erit in vigilia sacramenti, decem solidos, item Jacobi fratris nostri, qui erit in vigilia beati Jacobi Apostoli, decem solidos, item *Johannis* fratris nostri, qui erit in crastino nativitatis beati Johannis Baptistæ, decem solidos, item *Margareta* sororis nostræ, qui erit in crastino beati Bartholomei Apostoli, x. solidos, item *Henrici* fratris nostri, qui erit in crastino beatorum Viti & Modesti martyrum, x. solidos. Et prædicti redditus recipiantur de & ex quodam manso sito in *Overlambroeck*, in jurisdictione temporali Venerabilis viri Dn. Præpositi & Archidiaconi Trajectensis, quem ad præsens colit *Hermanuus* filius *Walteri* pro quadraginta libris annuatim, cui dictum mansum concessimus in pactum ad viginti annos. Item pro erectione Capellaniæ in dicta ecclesia beatæ Mariæ assignamus triginta libras nigrorum usualium annuatim, quam executores mei conferent, quamdiu in humanis vitam duxerint, & quilibet eorundem, & post decessum eorum omnium Decanus pro tempore & Capitulum ecclesiæ dictæ Mariæ Trajectensis, personæ ydoneæ, actu presbytero conferent, cum vocare contigerit, infra mensem post ipsius Capellaniæ Rectoris decessum. Item ut cultus divinus in dicta ecclesia ampliori veneratio-

 ne

ne celebretur pro duplicibus festis singulis annis celebrandis in honore sancti Vincentii triginta solidos bonorum. Item pro duplicibus festis singulis annis in eadem ecclesia celebrandis in octava beatorum Stephani prothomartyris, Johannis Evangelistæ, & Innocentium, quolibet dictorum festorum viginti solidos bonorum tantum præsentibus distribuendos. Item damus & legamus annuatim sex libras bonorum sociis frequentantibus matutinas in dicta ecclesia celebrandas tantum inter præsentes distribuendas. Item damus & legamus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ pro quinque Choralibus assumendis, qui semper una cum aliis choralibus ipsius ecclesiæ omnibus intererunt horis divinis, & specialiter matutinis, annuatim quinquaginta libras denariorum communiter usualium in Trajecto, cuilibet eorum Choralium x. libras annuatim, mensurnatim, & particulariter, ut moris est, distribuendas, assignantes ad hujusmodi annuos redditus comparandos mille libras monetæ prædictæ. Item damus & legamus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ annuatim quinquaginta libras denariorum communiter usualium in Trajecto, quas ad matutinas nocturnis temporibus perpetue inter Canonicos frequentantes matutinas volumus præsentibus tantum ministrari, assignantes ad hujusmodi annuos redditus comparandos mille libras monetæ prædictæ. Item legamus fabricæ dictæ ecclesiæ centum libras nigrorum. Item damus & legamus Dn. *Johanni Waengwys* perpetuo Vicario in dicta ecclesia quinquaginta libras monetæ usualis pro eo quod Dn. Johannes levavit fructus nostræ præbendæ, & in hoc volumus ipsum contentari. Item legamus Dn. *Reynero* de *Voerden*

per-

perpetuo Vicario in dicta ecclesia sedecim libras monetæ prædictæ ex eo, quia aliquando tenuit septimanas nostras. Item damus & legamus Dn. *Conrado* de *Bueren* perpetuo Vicario in dicta ecclesia quatuor libras nigrorum pro annuo cantu. Ad hæc autem exequenda & fideliter adimplenda, manufideles, executores, & dispositores hujus testamenti nostri, seu ultimæ nostræ voluntatis, eligimus, constituimus, & ordinamus Venerabiles viros & discretos Dnos *Johannem Tengnagel* Canonicum, *Johannem Waengewys*, *Jacobum Braem*, perpetuos Vicarios dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ, presbyteros, *Bramonem uter Corenmarct*, & *Bartholomeum Gunter* cives Trajectenses, rogantes & requirentes eosdem nostros executores & dispositores, ut divinæ remunerationis intuitu onus testamenti seu ultimæ voluntatis hujusmodi in se suscipiant & assumant, & sicut in eo ordinatum inveniunt fideliter exequantur. Et si aliquem seu aliquos ex dictis nostris Executoribus ante præsentis nostri testamenti seu ultimæ voluntatis executionem seu dispositionem plenam ab hac luce decedere contigerit, ex tunc superstes seu superstites ex præmissis omnia & singula exequendi, disponendi, & ordinandi plenam & liberam habeat seu habeant facultatem, omnibus aliis testamentis, codicillis, seu ultimis nostris voluntatibus prius per nos factis & ordinatis per præsentes revocatis. Et hanc nostri testamenti seu voluntatis ultimæ ordinationem valere volumus jure testamenti, sive jure codicillorum, aut alterius cujuscunque ultimæ voluntatis, prout melius de jure aut consuetudine valere poterit & debebit. In quorum omnium testimo-

monium & munimen præsens nostrum testamentum seu nostram voluntatem ultimam per *Pelegrinum* Notarium publicum subscriptum scribi & publicari mandavimus, nostrique sigilli fecimus appensione muniri. Datum & actum Trajecti in domo inhabitationis nostræ sub anno nativitatis Domini CIↃ. CCC. sexagesimo quarto, indictione secunda, mensis Martii die quarta decima, hora completorii vel quasi, præsentibus ibidem Venerabilibus viris Dnis *Gerardo* de *Embrica*, *Arnoldo* dicto *Vos* de *Driel*, Canonicis ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, & *Wilhelmo Hont* presbytero, perpetuo Vicario in ecclesia sancti Johannis Trajectensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Acta sunt & fuerunt hæc anno, mense, die, hora, & loco, ac præsentibus supradictis, & ad majoris roboris firmitatem idem Dn. *Hugo* testator præmissa per me scribi, & in publicam formam redigi, ac suo sigillo sigillari præcepit & mandavit, ut etiam in eadem cedula plenius continetur. Et ego Pelegrinus dictus Spiker clericus Trajectensis &c.

NOTÆ.

missis & sepulchri nostri visitationibus. *Beganghenisse* Belgice. Vid. *ad ea, quæ antehac edidi*, *p.* 491.

Item pro erectione Capellaniæ. Capellània hic Capella est, in qua altare & ministerium. Alibi etiam idem quod sacerdotis officium, ut in charta Ann. 1366. *fundavit & dotavit quandam perpetuam Capellaniam sive Vicariam in ecclesia de Heemskerc dicta Trajectensis diœcesis de licentia Pastoris præfatæ ecclesiæ ad altare sacrum Katherinæ & Barbaræ &c. in Capella ad eandem ecclesiam de Heemskerc per dictam fundatricem & parentes ejus fabricata & constructa &c. deserviendam septimanatim cum duabus missis &c.*

in vigilia sacramenti. Idem quod *in crastino*, ut mox. Id est,

est, pridie. Joan de Janua. *Vigilia dicitur dies profestus, scilicet dies primus ante festum, quia tunc in sero vigiliæ vacamus.*

pro quinque Choralibus. Chorus pars ecclesiæ, in qua clerus consistit, in qua laudes Deo concinit. Qui cantum cleri adjuvant, Chori socii, Chorales. Quinam sint. nihil refert. Delecti etiam ad id pueri. Qui & *pueri* ecclesiæ, *pueri* monasterii. Caroli Magni Capitula *lib.* 1. *cap.* 71. *Ut schola legentium puerorum fiant, psalmos, notas, cantus, computum, Grammaticam, per singula monasteria vel episcopia discant.*

VII.

Testamentum Egidii Mugghaert Canonici ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis Ann. CIↃ. CCC. LXVIII.

In Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem CIↃ. CCC. sexagesimo octavo, indictione quarta secundum stylum & consuetudinem civitatis & diœceseos Trajectensis, mensis Octobris die decima nona, in mei Notarii publici ac testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Magister *Egidius Mugghaert* Canonicus præbendatus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, compos mentis, corporis, & rationis, advertens nichil morte certius, ejusque hora nichil incertius, & illud verbum Prophetæ, *Dispone domui tuæ, quia morieris*, volens diem peregrinationis suæ extremæ per dispositionem rerum suarum temporalium ad honorem Dei & omnium sanctorum animæque suæ salutem, prout de sursum permittitur, prævenire, suum testamentum, codicillos, seu voluntatem ultimam fecit & expressit, & in quadam cedula, quam manibus suis tenuit, & mihi subscripto Notario legendam & publicandam tradidit,

didit, plenius continetur. Cujus quidem cedulæ tenor inferius describetur. Et hanc & contenta in dicta cedula dixit & voluit suam esse voluntatem ultimam, quam valere voluit jure testamenti, codicillorum, seu alterius cujuslibet ultimæ voluntatis, prout melius valere poterit de jure, consuetudine, seu more civitatis & diœceseos Trajectensis. Tenor vero dictæ cedulæ & voluntatis ultimæ dicti Dn. Egidii, de qua supra fit mentio, mihi ut præmittitur per eundem ad legendum & publicandum traditæ, & datæ, & deliberatæ est: Ego *Ægidius Mugghaert* presbyter Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, compos meæ mentis & rationis, providere volens animæ meæ saluti, memorque verbi Apostoli dicentis; *Omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum*, Cupiens igitur ego *Egidius* diem messionis extremæ bonis operibus prævenire, nec non æternorum intuitu seminare in terris, quæ reddente Domino colligere valeam in cœlis cum fructu multiplicato, firmam spem fiduciamque tenens, quod qui in benedictione & misericordia seminat, de benedictione metet æterna. Cum ergo inferior pars Capellæ dictæ S. Georgii ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, Deo disponente, jam quasi ex contubernio & spurcitiarum vitio sit exclusa, & ad expulsionem earundem sit reducta, in qua ad præsens eligo & elegi meam sepulturam, Volens igitur Capellaniæ perpetuæ & cultui divino affuturo in eadem Capella tam in orationibus quam in missis rite faciendis, prout facultates meæ ad præsens suppetunt, subvenire, ad perpetuam Capellaniam in eadem ecclesia constru-

en-

endam & dotandam assignavi & assigno sedecim libras nigrorum Turonensium usualium annuatim pro tempore perpetue ex domo & area nunc meis sitis infra emunitatem ecclesiæ beatæ Mariæ recipiendas. Insuper assigno ad eandem Capellaniam fructus annorum gratiæ præbendæ meæ, & ex eis proventura volo in usus dictæ Capellaniæ converti, solutis tamen ex ipsis debitis meis, & competentibus ac debitis exequiis meis per Canonicos dictæ ecclesiæ consuetis faciendis, & sex libris dictæ monetæ Trajectensis, quas cedere volo ad memoriam meam perpetuam in dicta ecclesia beatæ Mariæ quolibet mense cum decem solidis dictæ monetæ faciendam, qui x. solidi inter præsentes tantum dividentur, ut moris est. Item do & assigno dictæ Capellaniæ unum juger terræ, unum *bont* & dimidium paulo minus vel plus, situm in *Lopyc*, quas terras emi erga Domicellam *Juttam* relictam *Wolteri Divel* & ejus liberos, & tenebunt dictam terram in pactum ad novem annos, & solvent annuatim septem libras, XII. solidos, & duos grossos monetæ Flandrensis, ut patet in quadam litera super hoc confecta, reservato tamen *Bertradi* ancillæ meæ usufructu dictarum terrarum, observatis etiam modis & formis, ut sequuntur, videlicet reservato mihi dominio & dispositione præmissorum, quamdiu fuero in humanis. Post mortem vero meam volo quod ipsa Capellania ydoneo per executores meos, vel per majorem partem eorundem, si vacet, conferatur, actu tamen Presbytero. Quod si reperiatur infra tempus duorum mensium ydoneus de parentela mea, licet actu non presbyter, dummodo tamen infra annum in presbyterum promo-

moveatur, ipsum volo præ aliis in provisione & adeptione hujusmodi anteferri. Et de istis bonis volo quod servetur in ipsa Capella die noctuque lampas ardens per Capellanum seu Vicarium dictæ Capellaniæ ipsius pro tempore. Et post mortem omnium executorum meorum volo quod ipsa Capellania per Ebdomadarium presbyterum ecclesiæ beatæ Mariæ antedictæ pro tempore, cum vacare contigerit, conferatur tamen actu presbytero, qui velit & debeat eidem Capellaniæ in eadem Capellâ celebrando missam quolibet die deservire, ut est præmissum. Volo insuper, quod si aliquis non presbyter de parentela mea ad ipsam Capellaniam admittatur, ut infra annum a tempore provisiouis suæ hujusmodi se procuret ordinari, & debitum suum ut dictum est perficiat & exequatur. Alioquin omni jure sibi in ipsa Capellania & ad ipsam competenti sit privatus ipso facto, & collatio ejusdem Capellaniæ ad ebdomadarium presbyterum in dicta ecclesia beatæ Mariæ pro tempore devolvatur. Et si ille Ebdomadarius infra ebdomadam suam non providit ydoneo, ut est dictum, de eadem Capellania, tunc Ebdomadarius immediate deinde ipsum sequens & presbyter in eodem jure conferendi succedet, & sic deinceps ad duos menses. Lapso vero tertio duorum mensium prædictorum, et si ipsa Capellania aliquo modo vacaverit, quod absit, extunc volo quod Decanus pro tempore dictæ ecclesiæ, si residens fuerit, alioquin senior Canonicorum Capitularium residens & actu Presbyter eandem conferat, ut est præmissum, pro illo tempore instanti, jure tamen cujuslibet virtute consuetudinis dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ in poste-

sterum semper reservato. Ad hæc autem consequenda & fideliter adimplenda manufideles, executores, & dispositores hujusmodi testamenti seu ultimæ meæ voluntatis eligo, constituo, & ordino Venerabiles viros ac discretos dominos *Gerardum Vrencke*, *Jacobum Braem* Concanonicos meos, & *Conrardum* de *Bueren* perpetuum Vicarium in ecclesia beatæ Mariæ prædicta, rogans & requirens eosdem meos executores & dispositores, ut divinæ remunerationis intuitu onus testamenti seu ultimæ voluntatis hujus in se suscipiant, & assumant, & sicut in eo ordinatum inveniunt fideliter exequantur. Et si aliquem seu aliquos ex dictis meis executoribus ante præsentis mei testamenti seu voluntatis ultimæ executionem seu dispositionem plenam ab hac luce decedere contigerit, ex tunc superstes seu superstites ex eisdem præmissa omnia & singula exequendi, ordinandi, & disponendi plenam & liberam habeat seu habeant facultatem. In quorum omnium testimonium & munimen præsens meum testamentum seu ultimam meam voluntatem per *Pelegrinum* Notarium publicum subscriptum scribi & publicari mandavi meique sigilli feci appensione muniri. Datum & actum Trajecti in domo inhabitationis meæ claustralis sita infra emunitatem ecclesiæ beatæ Mariæ antedictæ sub anno nativitatis Domini M. CCC. sexagesimo sexto, indictione quarta, mensis Octobris die decima nona, præsentibus ibidem viris discretis, Dn. *Erpone* de *Bramen* Canonico, *Tydemanno Nodinc* perpetuo Vicario in ecclesia beatæ Mariæ prædicta, *Wilhelmo* filio *Johannis* de *Duvelant*, & *Wilhelmo* de *Heteren* clericis Traje-

jectensis diœceseos, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Acta sunt & fuerunt hæc anno, mense, die, & loco, ac præsentibus supradictis, & ad majoris roboris firmitatem idem Dn. *Egidius* testator præmissa per me scribi, & in publicam formam redigi, acq suo sigillo sigillari præcepit, & mandavit, ut etiam in eadem tabula plenius continetur. Insuper idem testator voluit & mandavit, ut prædicti sui executores ordinarent & disponerent de omnibus bonis suis post suam mortem relinquendis. de quibus specialiter non dispofuerit, prout ipsis saluti animæ suæ videbitur expedire, constituens eosdem in rem suam propriam procuratores, dans eisdem speciale mandatum super præmissis agendi & defendendi, debita recipiendi, & credita persolvendi, ac omnia alia & singula faciendi in præmissis, quæ fuerint necessaria, seu etiam oportuna, sub modo & forma & testibus supradictis. Et ego *Pelegrinus* dictus *Spiker* clericus Trajectensis diœceseos publicus Imperiali auctoritate Notarius præmissis omnibus & singulis, prout superius per me narrata, posita sunt, & conscripta, dum ea per dictum D. Egidium testatorem &c.

NOTÆ.

fructibus bonorum gratia. Supple *anni.* Jus habebant Canonici disponendi de fructibus intra annum percipiendis ab ipsorum excessu.

quos cedere volo ad memoriam meam perpetuam. Altaria super sepulchris aut corporibus defunctorum extructa passim *memoria.* Anastas. Biblioth. *Primus Anacletus memoriam S. Petri construxit.* Preces ibi pro iis factæ, & statis temporibus inter sacra missarum, recitato ipsorum nomine, suscitata memoria. Ciron. *par. de capell. monach.*

per

per Ebdomadarium presbyterum. Canonici, qui presbyteri, in missis, in sacrificiis etiam suas habebant vices, suas singuli septimanas.

& Conrardum de Bueren perpetuum Vicarium. Vicarius perpetuus, sacerdos est, Capellanus, qui affixus Capellæ, affixus certo titulo, aut altari ad vitam. Qui & stato semper tempore pro defuncto sacrificat. Vicarius, Capellanus & iidem, ut supra: *per Capellanum seu Vicarium dicta Capellania, &c.*

VIII.

Testamentum Catharinæ de Brederode Dominæ de Polanen Ann. CIↃ. CCC. LXX.

IN den name des Vaders, ende des Soons, ende des Heyligen Geests Amen. Ic *Catharina* van *Brederode*, Vrouwe van *Polanen*, doe condt allen luden, die desen brieve sullen sien ofte hooren lesen, dat ick gemaeckt hebbe myn testament; ende hier toe hebbe iok gecoren myn testamentoers, Heeren *Philips* van *Polanen* mynen lieven soon, Heeren *Gerard* van *Poelgeest* mynen lieven neve, ende Heeren *Philips* van *Tetroede* mynen lieven swager. In den eersten so kies ick myn legerstede tot *Monster* by mynen lieven Heer mynen man, die Godt genadich sy. Ende daer toe so bespreecke ick totter Papelycker prove een pont Hollant s'jaers euwelyck duerende tot mynen grave mede te gaen, item die Capelrie in der Capellen, die Heer *Jan* van *Hoochmade* nu ter tyt heeft, een pont Hollants s'jaers. Item so geve ick mynre dochter van Heemstede elf pont s'jaers. Item *Margriet* van *Bueren* nonne, mynre nichte, den croes daer vier scilden op staen. Item *Catharina* Heeren *Gerards* dochter van *Polanen* myns soons, nonne ter Lee, acht pont Hol-

lants

lants s'jaers tot haren lyve. Item so bespreke ick Heren *Philips* van *Polanen* mynen soon myne wooninghe te Rynsborch, daer ick nu ter tyt in woone. Item *Oeden* mynre nichten van der *Lecke* myn beste bonte deecken &c. Ende heb gebeden myn Testamentoren, dat sy dit mit myn besegelen wilden. Ende wy *Philips* van *Polanen*, ende *Gerard* van *Poelgeest* Ridderen, ende *Philips* van *Tetroede* Knape om beden wille onser liever Vrouwen voernoemt, so hebben wy dit besegelt mit onsen segelen int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. LXX. Dominica post Petri & Paulj.

NOTÆ.

Papelycker prove. Sacerdotis, Parochi. Nam & hic etiam Papa. Theophan. *hist. p.* 83. *edit. Reg.* ὁ δὲ προσφυγὼν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐγένετο παππᾶς, *ille autem ad ecclesiam confugit & factus est Papa.* Altesserr. *ad c. cum contingat ext. de at. & qual. ord.* Bosquet. *ad Innoc. lib.* 3. *epist.* 60. Selden. *ad Eutych. Annal. n.* 21. *& ad Eadmer. lib.* 1. *hist.* Idem Belgis, ut notum, *een Priester, en een Paep.*

IX.

Testamentum Gerardi Foec Decani ecclesiæ S. Salvatoris Ann. CIↃ. CCC. LXXXIII.

Anno Domini CIↃ. CCC. LXXXIII. mensis Martii die VIII. obiit Magister *Gerardus Foec* quondam hujus ecclesiæ Decanus, qui legavit ecclesiæ nostræ fructus anni gratiæ sibi debitos, & voluit quod de pecunia exinde proveniente redditus perpetui comparentur distribuendi secundum consuetudinem ecclesiæ inter Canonicos, Vicarios, & Chorales ipsius ecclesiæ singulis annis in suo anniversa-

rio.

tio. Item dedit ecclesiæ nostræ xiv. jugera terræ arabilis cum area, structura, & pomerio consistentia juxta Montfoerde in parochia de Linscoten, in jurisdictione temporali Capituli ecclesiæ nostræ prædictæ, de quorum fructibus disposuit in hunc modum, videlicet, quod singulis annis in perpetuum xii. libras monetæ usualis Trajectensis de dictis fructibus quatuordecim jugerum recipiatur per Camerarium nostrum pro tempore, & inde fiat refectio communis in die anniversarii ipsius *Mag. Gerardi* nobis & Vicariis ecclesiæ nostræ. Residuum vero fructuum & redditaum dictorum xiv. jugerum voluit expendi in usus necessarios & victum choralium nostræ ecclesiæ, prout ad honorem Dei & cultum divinum fovendum nobis visum fuerit, vel prout alteri ad id a nobis deputato expediens, & necessitati dictorum choralium magis opportunum. Item legavit ecclesiæ nostræ domum suam claustralem, quam de præsenti Dn. *Everardus Foec* Decanus noster inhabitat, sic quod post mortem dicti Decani vendatur alicui Canonicorum plus offerenti, & de pecunia exinde proveniente redditus certi perpetui emantur distribuendi in præsentia Custodis inter Canonicos, Vicarios, & Chorales ecclesiæ nostræ, prout moris est, quatuor temporibus anni, videlicet, mense Januarii, mense Aprilis, mense Julii, & mense Octobris, quibus temporibus die octava dictorum mensium voluit ipsius & suorum parentum fieri in ecclesia nostra memoriam perpetuo solemniter cum vigiliis & missis defunctorum. Item duas domos alias sitas retro Decani domum claustralem juxta vicum dictum *anti-*

quum cemiterium legavit post mortem Dn. *Everardi* Decani nostri prædicti Choralibus ecclesiæ nostræ, ut eas inhabitent petpetuo cum earum administratore per nos eis deputando, ut promptius & citius se offerre valeant in ecclesia nostra divinis officiis interesse. Item legavit domum suam & ejus proprietatem sitam in loco dicto *St. Jans Oudwyc* perpetuæ Vicariæ altaris in honore omnipotentis Dei & S. *Nicolai* & beatæ *Katharinæ* virginis dudum per ipsum magistrum Gerardum Foec Decanum fundati & dotati in parte meridionali ecclesiæ nostræ & ad ejusdem altaris Vicarium pro tempore voluit ipsam domum perpetue pertinere, salvo & reservato duntaxat *Bertradi* sorori suæ usufructu ipsius domus ad inhabitandum, quamdiu ipsa vitam duxerit in humanis. Item præfatus Magister *Gerardus* per suos Executores fecit fundari unam aliam novam perpetuam Vicariam in ecclesia nostra super altare S. Nicolai ibidem consistens a parte septentrionali in honore omnipotentis Dei, & beatissimæ virginis Mariæ, & S. *Nicolai*, & S. *Catharinæ* virginis, & in dotem illius Vicariæ legavit mansum suum terræ arabilis, appellatum *Slychoven*, continentem XXIV. jugera terræ vel circiter situm in parochia ecclesiæ de Jutfaes, & dimidium mansum terræ cum veno situm in *Westbroec* apud *Zulen* in parochia .... Item legavit ecclesiæ nostræ medietatem quatuor jugerum terræ arabilis consistentium in parochia ecclesiæ S. Nicolai Trajectensis in loco *op leghe Raven*. Item medietatem unius fertellæ terræ, sitæ in eadem parochia, in loco dicto *op hoghe Raven*. Item & aliorum quatuor jugerum terræ medietatem in lo-

co

co *op hooge Raven* & parochia prædictis jacentium, quorum quidem octo jugerum & fertellæ prædictæ medietatem prædictus testator dum vixit communiter & pro indiviso obtinuit cum domicella *Margareta* relicta *Huberti de Wulven* & ejus liberis, ut de fructu & redditibus inde proventuris per totum circulum anni hostiæ & vinum pro consecratione sacratissimi corporis domini nostri Jesu Christi celebrantibus missas in ecclesia nostra per aliquem Canonicum vel Vicarium ecclesiæ nostræ a nobis ad hoc deputatum singulis alta .... & de perceptis & expositis singulis nobis reddat rationem, ... in usus choralium ecclesiæ nostræ convertatur .... Item idem magister *Gerardus* donavit ecclesiæ nostræ ciborium de cristallo, margaritis & argento deaurato nuper Coloniæ de suis propriis bonis arte mirifica fabricatum, quod alio nomine *Monstrantia* vocari solet, ad conservandum sacratissimum corpus Dominicum in eodem, & duas ampullas argenteas deauratas. Item donavit ecclesiæ nostræ quingentos & xxx. scudatos antiquos pro opere novi majoris altaris in choro nostræ ecclesiæ consistentis, quod pro tanta pecuniæ summa dictum altare, & ejus tabula superior, pro lapidibus ad hoc opus comparatis, & operatorum mercede, fuerunt fabricari conventum cum magistro *Henrico Gaudyn* lapicida cive Namurcensi. Item pro augmento festorum S. Nicolai episcopi & S. Katharinæ virginis certas pensiones annuas deputavit, nec non alios redditus annuos pro memoria parentum suorum comparavit, prout de his suis locis scriptum lucidius continetur. Item pensata mutatione monetæ

ac habitis ſuper hoc conſilio & conſenſu executorum teſtamenti *Gerardi* Decani prædicti definitum eſt a Decano & Capitulo noſtro, quod pro illis XII. libris uſualis monetæ, ut præfertur, ad refectionem in communi habendam deputatis, recipiatur ſingulis annis una marca cum dimidia argenti vel tanti valoris in æquivalenti moneta pro hujuſmodi refectione facienda de fructibus & redditibus quatuordecim jugerum terræ prædictorum. Reſiduum vero fructuum & reddituum, ſecundum quod dictus *Gerardus* Decanus in ſuo teſtamento diſpoſuit, in uſus *choralium* integraliter convertatur. De fructibus anni gratiæ fuit empta una fertella erga *Hugonem* filium *Arnoldi* civem Trajectenſem, quæ eſt ſita prope civitatem retro juriſdictionem nominatam *Lauwenrecht* in juriſdictione Archidiaconi Trajectenſis, & protenditur ab aquæductu dicto *Hoofdyc* uſque ad aquæductum epiſcopalem, & unum juger cum dimidio prope Yſelſteyn in loco dicto *Oudelant* emptum erga *Egbertum* filium *Henrici*.

NOTÆ.

unde fiat refectio communis. Refectio, id eſt, prandium, convivium. Vox monachis uſitata, qui refici dicebantur, cum communiter prandebant. Locus prandii *refectorium*. Unde & Belgis *den Reventer*. Quæ barbara quidem vox, ſed e Latio huc deducta. Chronographus Saxo ad Ann. 1093. *Sed ſequenti die &c. menſa reficiendi gratia aſſidens ſubita defectione præreptus &c.*

& fertella prædicta. Ferrella ſpecies menſuræ eſt, & ejuſdem originis, cujus *Ferto* ſeu *Ferton*, quæ eſt quarta pars marcæ. Belgis *een viertel*, unde vox eſt detorta.

quod alio nomine Monſtrantia vocari ſolet. Quid Monſtrantia ergo patet. Dixi *Analect. to.* 1. *p.* 340.

X.

X.

Testamentum Dn. Henrici de Velde Canonici Trajectensis Ann. CIↃ. CCCC. XII.

IN nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem M. CCCC. duodecimo condidit testamentum Dn. *Henricus* de *Velde* Canonicus Trajectensis constituens executores seu manufideles suos honorabiles & discretos viros Dn. *Wilhelmum* de *Riebeec*, & Magistrum *Henricum* de *Vinario* perpetuos Beneficiatos in ecclesia Trajectensi, ac *Alphardum* vander *A* civem Trajectensem. Tenor vero sequitur de verbo ad verbum & est talis: In nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti Amen. In den eersten so wil ick *Henrick* van den *Velde* Canonick ten Doem, datmen den Zouter lese opt Choer, ende men daer autaer keersen sette int Choor. Ende alse die vigilie uyt is dat elck Priester syn keerse mit hem neme. Item tot mynre beganghenisse elcken geselle ten Doem een mingelen wyns. Item so wil ic datmen een gulden cleet coopt, ende die dooden provende daar geen gelt voor en geve. Item so wil ick begaen wesen in der kercken ten Doem alleen *ut consuetum est.* Item der kercken ten Doem een out scilt jaerlycks ende euwich, & *celebrantibus* enenhalven out scilt *perpetuo secundum consuetudinem ecclesiæ.* Item der fabrycquen ten Doem beset ick twaelf oude scilden *una vice.* Item die gesellen in der loedzen een vat biers, vier taken wyns, ende enen out scilt ter marckten mede te gaen, dat sy daer een geselscap willen maken mitten gesellen die in der loodze hooren, ende dat sy daer myn

graf voor fullen bewulven. Item fo begeer ick een farck op myn lichaem te hebben. Item begeer ic dat die twee zielpriesters, ende Heer *Johan Bol* myn neve myn jaergetyde bewaren, ende alle daghe myn graf visiteren, daer befet ick elcken toe twe oude fcilden *una vice*. Item fo begeer ick dat myn testamentoers myn gefinne verfien mit gelt of mit cleder. Item fo befet ick ende wil, dat *Aernt* mynen broeder mit fynen kinderen heb hondert gulden *una vice*. Item *Claes* myn broeder hondert gulden, mit fynen kinde hondert gulden, *una vice*. Item *Alpher* van der *A* mit fynen kinderen hondert gulden *una vice*. Item *Gerardo* van den *Valde* mynen neve vyftich gulden *una vice, cum conditione, quod magister Johannes Colentier tenebit eos & exponet ad utilitatem Gerardi*. Item *Metten* ende *Oecken* mynre fufter dochteren vyf out fcilt *una vice*, enen halven out fcilt mede te coopen. Item myn Sufter van der *A* myn gulden vingherlyn mitten fteene. Item *Johan* van der *A* myn waterpot verguit en myn blaeuwe faerts mitten wapen. Item *Feytgen* myns Broeders *Aernts* dochter een waterpot. Item alle myn nywe cuffen mit mynen wapen wil ic dat myn twe Broeders ende myn Sufter gelyck deylen. Item fo geve ick om Gods willen *Fytgen* myn dochter twe hondert gulden *una vice*, ende daer felmen haer enen man mede geven by rade mynre Sufter van der *A* ende mynre nichten van *Gulenburch*. Item *Splinter* mynen foon hondert gulden *una vice*, ende daer felmen hem ofhouden aen fyn ambacht. Item fo wil ick ende begeer, of *Braemken* t'huys quam, dat myn *testamentoers* hem cleden ende enen drincpenninck ge-

geven, alsso als hem goet dunckt oerbaer te wesen. Item *Lysken* myn *Bastertsuster* twee silveren lepelen. Item den Minnebroeders beset ick thien gulden *una vice*. Item den Regulieren thien gulden *una vice*. Item *do & lego heredibus Conraerdi* thien gulden *una vice*. Item so geve ick mynre kercken tot *Nywelant*, dat huys, dat ick cofft tegens den Choorbisscop. Item so wil ick ende begeer datmen myn silverwerck ende alle myn huysraet openbaerlick vercope, ende niet heymelick. Item waert saecke dat myn testamentoers enich verdriet hadden van mynen erfgenamen, so waer alle dat ic beset te niet aen den ghenen, die dat verdriet dede.

Et ego Henricus *van der* Laen *clericus Trajectensis publicus Imperiali auctoritate Notarius; quia præmissis omnibus & singulis, dum sic ut præmittitur per prælibatum Dnm Henricum testatorem agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideo hoc præsens publicum instrumentum per alium, me aliis occupato negotiis, fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, in fidem & testimonium veritatis omnium præmissorum rogatus & requisitus.*

NOTÆ.

den Zoutter lese. *Zouter* liber Psalmorum est.

Ende alsø die vigilie uyt is. Id est, sacrum officium, quod pro defunctis fit noctu. Concilium apud Saponarias Ann. DCCC. LIX. *cap.* 13. *Pro eo, qui decesserit, in sedibus septena missa totidemque vigilia Domino persolvantur.* Consuetudines Cluniacenses *lib.* 1. *cap.* 3. *Servitoribus autem expectatis usque dum & ipsi surrexerunt a mensa, agitur officium, vel*

quod a nostratibus Vigiliæ vulgo appellatur, quod aliquando, cum tanti defuncti non haberentur, fieri solebat cum lectionibus tantum tribus & responsoriis &c. Noctu dixi, aut si non noctu, ad faces alto vespere, ut infra in Testament. Ann. 1433. *Investitus, seu Rector, aut Vicecuratus &c. de vespere vigilias mortuorum leget.* Item infra in Testament. Ann. 1466. *Dies begeere ick, dat sy sullen singen tot elck van de voersz. jaergetyden des avents vigilie mit negen lessen.*

ende elcken geselle. Cuivis Chori socio.

een gulden cleet coopt. An ornando altari?

die dooden provende. An respicit annum gratiæ? Hujus enim adhuc fructus in bonis defuncti. Locus obscurus est.

Out scilt. Scutum vetus aliquando quatuordecim erant grossi, sive, ut vulgo jam *grooten.* Wassenb. Embric. *lib.* 3. *cap.* 10. Aliquando viginti quatuor. Jan van Hout *in syn Dienstboeck p.* 36. *& seq.* Aliquando viginti. Charta Ann. 1357. *den goeden gouden scilt voor twintich groote gerekent, of payement daer voor na der weerde te betalen &c.* Aliquando triginta oboli, ut in charta Ann. 1508. *quolibet scudato æstimato ad unum & dimidium florenum Rhenensem aureum pleni ponderis moneta Electorum imperii &c.* Duo & XL. Caroli V. temporibus, ut in charta Ann. 1530. *so souden sy Remonstranten geven twintich stuyvers, t'welck op twee stuyvers na juist de helft waer van een out scilt, die gerekent wort voor* XLII. *stuyvers.*

X I.

Testamentum Everardi Foeck Decani S. Salvatoris Ann. CIↃ. CCCC. XVIII.

Anno CIↃ. CCCC. XVIII. mensis Martii die XXVI. obiit Magister *Everardus Foec* quondam Decanus noster, qui dedit & assignavit ecclesiæ nostræ bona infra scripta. Primo septem jugera terræ sita in *Bodegraven*, de quibus agitur annua memoria ipsius die præscripta. Item septem jugera terræ ibidem, in quibus reservavit *Beatrici de Reno* moniali monasterii albarum Dominarum in Trajecto usumfru-

fru-

fructum. Qua defuncta fient ex iis mensurnalia ipsius Dni Decani. Item fundavit Vicariam ad altare beati Stephani Prothomartyris in majori cripta in cujus dotem assignavit XIV. jugera terræ in parochia de *Camerick* in loco dicto *s'Grevensloet*. Item quatuor jugera terræ in parochia de *Woerden*. Item dimidium mansum terræ in *Achtienhoven*, & fertellam terræ eidem dimidio manso proxime vicinam, & fertellam terræ in *Jutfaes*, ex qua vicarius ejusdem solvet majori Camerario nostro singulis annis ad exaltationem festi Transfigurationis Domini, quod Decanus instituit, V. libras cum XVIII. denariis bonorum inter Canonicos & Socios distribuendos, prout in magno Ordinario continetur. Item dedit ad usum Vicarii dictæ Vicariæ novum calicem deauratum cum patena deaurata ponderantia simul XXXIII. *loet* argenti minus quartario unius *loet* cum missali & rubea casula novis, & ornamentis aliis necessariis. Item oneravit Vicarium ejusdem Vicariæ ad colligendum & dispensandum bona in elemosynas pauperum in quadragesima deputata, de quibus infra dicetur, nec non ad signandum singulis sabbathis in tabula parula, unde chorus diebus singulis per ebdomadam horas suas canonicas debeat decantare. Item fundavit aliam Vicariam ad altare S. Crucis in nostra ecclesia assignans pro dote ejusdem VIII. jugera terræ in Heeswic, & unum juger cum dimidio situm ibidem, ac alia VIII. jugera terræ in duobus peciis ibidem, nec non dimidium mansum terræ in *Jutfaes*. Item donavit ecclesiæ nostræ X. scuta antiqua empta per eum ex quadam fertella prati & veni sita in *Trichteruen*, e quibus Camerarius so-

ciorum ecclesiæ nostræ tria scuta recipiet, & inde distribuet singulis annis Dominis & sociis XXIII. XXIV. & XXV. diebus cujuslibet mensis celebrantibus missam, quolibet ipsorum dierum, V. sol. unum autem scutum ex dictis decem tollet & habebit Vicarius principalis dicti altaris S. Crucis, pro & ex eo, ut communicet Vicario alterius Vicariæ ad idem altare ut præfertur erectæ, perpetuis temporibus ornamenta ad ipsum altare jam actu spectantia & in posterum spectatura. Reliqua vero sex scuta tollet & habebit magister Choralium nostrorum in recompensam laborum suorum, ut in statuto desuper facto continetur. Item legavit Choralibus ecclesiæ nostræ in augmentum denariorum suorum mensurnalium perpetuos redditus sex scudatorum antiquorum, quos fabrica nostra choralibus ipsis, prout hactenus est observatum, ministrabit. Item dedit & assignavit in eleemosynas pauperum Christi bona infra scripta, videlicet XV. jugera terræ in *Jutfaes* sita. Item unum mansum terræ arabilis situm *int Wael*. Item XII. jugera terræ sita in *Bodegraven* in quadam parte vulgariter dicta *Jans weer van den Zande*. Item VIII. jugera terræ jacentia in Scalcwic. Item tres fertellas terræ jacentes in *Snodelreweert aen de Linscoten* in parochia de *Oudewater*. Item unam fertellam cum dimidia jacentem in *Maerseveen*. Item tertiam partem unius mansi terræ jacentem in *Broekelreveen*, prout de his & aliis bonis in fundatione prædictarum eleemosynarum ac literis aliis inde confectis in archivo nostræ ecclesiæ repositis plenius continetur. Item idem Decanus dedit ecclesiæ nostræ quatuor candelabra magna ænea cum

uno

uno pulpito æneo in choro. Item donavit ecclesiæ nostræ duo candelabra argentea pro parte deaurata. Item dedit ecclesiæ nostræ ciborium cristallinum argenteum deauratum cum coöpertorio argenteo deaurato, in quo sacramenta eucharistiæ & sacræ unctionis pro visitatione infirmorum conservantur. Hæc & plura alia bona dedit & fecit magister *Everardus* Decanus supradictus ad laudem & honorem Dei salvatoris nostri & ipsius ecclesiæ nostræ decorem, ac divini cultus in eadem amplificationem, suæque remedium animæ, quæ cum Christo semper requiescat in pace, Amen.

NOTÆ.

Mensurnalia. Sacra mense unoquoque pro defuncto facienda, *syn dertichste*, ut dixi supra ad Testament. Ann. 1352. Si quadragesimo quoque die *een veertichste* est in Testament. Ann. 1466.

ut communicet Vicario alterius Vicariæ ad idem altare, ut præfertur, erecta. In eodem altari missæ dictæ a diversis & pro diversis personis, Qui dicebant *Vicarius*.

XII.

Testamentum Wilhelmi de Reven Canonici Trajectensis Ann. CIↃ CCCC. XXII.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem CIↃ CCCC. XXII. indictione quinta decima, die penultima mensis Julii, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini, Domini Martini divina providentia Papæ quinti anno quinto, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Venerabilis & Circumspectus vir Dn. *Wilhelmus de*

Renen Canonicus Trajectensis, nec non Præpositus ecclesiæ S. Martini Embricensis. Trajectensis diœcesis, compos per gratiam Jesu Christi, corporis, mentis, rationis, & intellectus, attendens quod nihil est certius morte, nihil vero incertius ejus hora, cupiensque diem suæ peregrinationis extremum dispositione bonorum suorum & ordinatione testamentaria prævenire, & saluti animæ suæ de bonis sibi a Deo collatis, in quantum poterit, salubriter providere, revocando expresse omnia & singula testamenta per ipsum ante præsentis diei datam facta, & executores inibi nominatos, testamentum suum seu suam ultimam voluntatem fecit, condidit, & in modum subsequentem ordinavit. Primo siquidem recommendavit animam suam Altissimo creatori suo, beatissimæ virgini Mariæ ejus matri, ac toti Curiæ cœlesti. Voluit insuper idem Dns testator, quod infrascripti sui Executores præsens suum testamentum seu ejus ultimam voluntatem exequantur, prout in quadam papiri cedula manu mei Notarii scripta, quam idem Dominus testator in suis tunc tenebat manibus, quæ quidem cedula sequitur de verbo ad verbum, & est talis: Noverint universi, quod hoc est testamentum seu ultima voluntas mei *Wilbelmi* de *Renen* Præpositi Embricensis Trajectensis diœcesis, quod volo valere jure testamenti seu codicillorum, aut quocunque alio jure, quo melius valere possit, & per hoc testamentum seu codicillum revoco quæcunque legata in aliis testamentis seu codicillis per me factis. Inprimis animam meam cum de fragili corpore meo transierit commendo Altissimo creatori, beatæ Mariæ virgini, totique collegio bea-

beatorum. Item eligo sepulturam meam in ecclesia Trajectensi, in loco per me electo & michi pro sepultura deputato, ubi lapidem poni feci. Et volo quod exequiæ meæ fiant sine pompa. Item volo quod debita mea & injuste acquisita, de quibus legitime constiterit, ante omnia persolvantur, & restituantur. Item lego *ecclesiæ Leodiensi* duodecim coronas auri semel &c. Item lego elemosinæ *ecclesiæ Leodiensis* duodecim florenos Hollandenses semel &c. Item lego *ecclesiæ Trajectensi* pro mensurnali meo in dicta ecclesia perpetue faciendo XII. scuta Franciæ annua, quæ alias erga Capitulum Trajectense emi ad vitam meam per me levanda, sic quod post obitum meum singulis mensibus in vigilia & missa animarum unum scutum inter corporaliter præsentes dividatur. Item lego celebrantibus in die mensurnalis mei & anniversarii annuatim unum scutum. Item lego fabricæ ecclesiæ Trajectensis viginti florenos Renenses semel. Item lego *ecclesiæ sancti Martini Embricensis* pro anniversario & mensurnali pro anima mea in dicta ecclesia perpetuo faciendis omnes fructus, redditus, & proventus, qui michi competere poterunt de anno gratiæ post obitum meum, & volo quod inde emantur perpetui redditus dividendi inter Canonicos & Chorisocios juxta morem ecclesiæ in mensurnali meo ultra data per me pro anniversario & mensurnali prædictis. Item lego *Capitulo ecclesiæ sanctæ Mariæ Trajectensis* fructus & proventus, qui michi competent, sive competere poterunt de anno gratiæ de Thesauraria beatæ Mariæ, & volo quod inde emantur redditus perpetui pro anniversario faciendo, prout executoribus

bus meis visum fuerit expedire. Item lego *Carthusiensibus in Ruermunde* ultra data eis per me librum meum *de vitiis & virtutibus*. Item lego eisdem *Carthusiensibus* historiam Scolasticam. Item lego eisdem *Collectarium* super psalterio. Item *Carthusiensibus* extra muros Trajectenses lego librum meum moralium super Job, qui est in tribus voluminibus, ultra eis alias data per me. Item lego *Conventui fratrum Prædicatorum* in Trajecto viginti florenos Renenses semel. Item lego *Conventui fratrum Minorum* in Trajecto viginti florenos aureos Renenses semel. Item lego *Conventui Regularium in Trajecto* centum florenos Renenses semel, de quibus volo emi redditus, de quibus volo fieri anniversarium pro anima mea. Item lego *Conventui* in *Vrouwencloester* viginti florenos Renenses semel. Item lego *Conventui albarum Dominarum* in Trajecto decem florenos aureos Renenses semel. Item lego *Conventui* in *Duel* extra muros Trajectenses decem florenos Renenses semel. Item lego *Conventui sanctæ Cæciliæ* in Trajecto decem florenos Renenses semel. Item lego *sororibus seu Conventui prope vineam* in Trajecto decem florenos aureos Renenses semel. Item lego *Adelysæ filiæ Hermanni* de *Steenre* ad usum suum ducentos florenos Renenses semel. Item lego *Conventui monialium* in Wyck decem florenos Renenses semel. Item lego *VVilhelmo* de *Molendino* & *Lutgardi* conjugibus quadringentos florenos Renenses. Item lego *Belæ* de *Kessel* nepti meæ de vasis meis argenteis duodecim marchas. Item totidem lego de dictis vasis *Margaretæ* uxori *Hermanni* de *Steenre*. Item lego totidem *Mechteldi* relictæ *VVilhelmi* de *Apelteren* nepti meæ. Item

lego

lego *Margaretæ* de *Molendino*, & *Heylwigi Baers* fororibus, cuilibet unum de melioribus tabbardis meis foderatis de vario, quot dimisero post obitum meum. Item lego eisdem fororibus videlicet *Margaretæ* & *Heylwigi* cuilibet ducentos florenos Renenses semel. Item lego domino *Gotfrido* Decano ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis pottum meum argenteum tenentem quartam Coloniensem. Item lego *Baldewino Kreyt* familiari meo centum florenos Renenses semel tantum. Item lego *ecclesiæ de Renen* pro fabrica ejusdem ecclesiæ quinquaginta florenos Renenses semel tantum. Item omnia alia bona mea, quæ in hoc testamento seu codicillo meo non legavi, seu legabo, volo quod dividantur in duas partes, taliter videlicet, quod unam partium habebunt tres neptes meæ, filiæ fororis meæ, videlicet *Bela* de *Kessel*, *Margareta* de *Steenre*, & *Mechteldis* de *Apelteren*, inter se æqualiter dividendam. Aliam vero partem volo dari pro medietate *Conventui Regularium* extra muros Neomagenses, & pro alia medietate *pauperibus Christi*, & miserabilibus personis. Volo etiam quod gratiose agatur per executores meos cum familiaribus meis, qui in servitio meo fuerint tempore obitus mei. Item lego *Syberto* de *Kessel*, quicquid michi tenebitur tempore obitus mei, salvo quod in nullo se opponat testamento meo seu codicillis meis, & in casu quo contrarium faceret, volo, quod solvat ea, quæ mihi tenetur. Item lego *Hermanno* de *Steenre*, quicquid mihi tenebitur tempore obitus mei. Item lego *VVitkino* de *Molendino* quicquid mihi tenebitur tempore obitus mei. Item lego *Theodorico Baers*, quicquid michi te-

tenebitur tempore obitus mei. Item lego *Theodorico* filio *Hermanni* de *Steenre* in subsidium matrimonii trecentos florenos Renenses semel tantum. Item lego *Frederico* de *Steenre* ad usum suum trecentos florenos Renenses semel tantum. Item lego *Heylwigi* filiæ *Hermanni* de *Steenre* ducentos florenos Renenses semel dandos. Item lego *VVilhelmo* de *Steenre* filio *Hermanni* præscripti centum florenos Renenses semel dandos. Item lego *Mathiæ Veccop* viginti florenos Renenses semel deliberandos. Item lego *Lamberto* filio *Ludekini* viginti florenos Renenses semel dandos. Item lego *Johanni Kreyt* viginti florenos Renenses semel dandos. Item lego *Florentio Vyſſcher* viginti florenos Renenses semel dandos. Item lego *Fyæ* lotrici meæ quatuor florenos Renenses semel dandos. Item lego *Syberto* tempore obitus mei mecum stanti quatuor florenos Renenses semel deliberandos. Item lego domino *Petro* de *Molendino* Canonico ecclesiæ sancti Salvatoris Trajectensis quatuor lectos meos meliores cum eorum attinentiis. Item lego domino *Johanni Hondertmarck* Canonico ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis librum meum dictum *Catholicon*. Item lego *Elisabeth* de *Meerten* quinquaginta florenos Renenses semel dandos. Item lego *Heylwigi Veccop* filiæ *Ulmanni* quinquaginta florenos Renenses semel dandos. Item lego cuilibet liberorum *Siberti* de *Keſſel* & *Belyæ* neptis meæ prædictorum quinquaginta florenos Renenses semel dandos. Item lego *Gysberto* de *Lodeſteyn* decem scuta Franciæ auri antiqua semel danda. Item lego *Wilhelmo* de *Monaſterio* decem scuta Franciæ auri antiqua semel danda. Item lego *Johan-*

banni de *Noorde* Notario præſentis teſtamenti mei decem ſcuta Franciæ auri ſemel danda. Item lego cuilibet executorum meorum infra ſcriptorum unam taſſam argenteam de majoribus meis taſſis & ſex ſcuta Franciæ ſemel danda. Item ordino, facio, & conſtituo executores teſtamenti mei ſeu codicillorum meorum dominos *Henricum Houberch* Decanum eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis, Dominum *Johannem Hondertmarck*, *Hermannum* de *Steenre*, & *Witkinum* van der *Moelen*. Item volo quod ſiqua ultra præmiſſa propria manu in codicillis ſcripſero, quod illa valeant, ac ſi in præſenti inſtrumento ſcripta eſſent. Hujuſmodi autem ſui teſtamenti & ultimæ voluntatis executores, manufideles, & fideicommiſſarios, ac diſpenſatores elegit, conſtituit, & ordinavit venerabiles & circumſpectos viros Dominum *Henricum Houberch* Decanum, *Johannem* Canonicum eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis, *Hermannum* de *Steenre* armigerum, & *Witkinum* van der *Moelen* civem Novimagenſem laicos Trajectenſis & Colonienſis diœceſis, rogans eos, quatenus divinæ remunerationis intuitu onus hujuſmodi executionis in ſe ſuſcipere velint, Quibus dedit plenam & liberam poteſtatem ac mandatum ſpeciale ſe de omnibus & ſingulis bonis ipſius teſtatoris mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus & temporalibus, acceſſionibus & juribus quibuſcumque poſt mortem ſuam relinquendis intromittendi, ea ingrediendi, vendendi, alienandi, tranſigendi, & de ipſis libere diſponendi, & ordinandi, prout ſaluti animæ ſuæ magis crediderint expedire, ipſiſque ceſſit ac mandavit, & in ipſos tranſtulit

omnia & singula bona sua mobilia & immobilia, præsentia & futura, nec non omnes actiones reales & personales, utiles, directas, & rei persecutorias sibi in præsenti seu in futuro contra quascunque personas ecclesiasticas, vel seculares, collegia seu universitates, quomodolibet competentes, & eosdem constituit in rem suam procuratores, & posuit eos in locum suum & jus suum, ita quod dicti executores post mortem ipsius domini testatoris coram quibuscunque judicibus competentibus pro præmissis agere, defendere, & experiri poterunt, omniaque alia & singula facere & exercere, quæ in hujusmodi ultimæ voluntatis executione ac etiam continentibus, ac dependentibus, seu emergentibus ex eadem necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, etsi mandatum exigatur magis speciale, ipsosque ab omni cautione & satisdatione, inventarii confectione, rationum & reliquorum redditione & exactione qualibet voluit esse liberos & immunes, voluitque insuper dictus dominus testator, quod si dicti sui executores, quod absit pro præmissis exequendis non fuerint concordes, quod extunc major pars eorundem ea nichilominus exequantur, quodque si post ipsius obitum aliquem seu aliquos suorum executorum contigerit se absentare, vel interesse nequiverit, seu se aliquo modo excusaverit, aut ab hac luce decedere contigerit, quod ex tunc præsentes aut interesse volentes & superstites ex eisdem modo prætacto ea plenarie exequantur. Et præmissa omnia & singula asseruit & dixit firmiter ac esse voluit suam ultimam voluntatem, volens eam valere jure testamenti aut jure codicillorum, seu alias omni modo

&

& forma, quibus melius & efficacius valere poterit de jure vel de consuetudine cujuslibet ultimæ voluntatis. Super quibus omnibus & singulis præfatus dominus testator petiit sibi fieri a me Notario publico infrascripto unum vel plura instrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti in domo habitationis dicti domini testatoris sita infra emunitatem ecclesiæ Trajectensis sub anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris, Dnis *Johanne* uten *Elsweert* Canonico Trajectensi, *Johanne* de *Meerloe*, *Wilhelmo* filio *Pauli* in Curia Trajectensi procuratoribus, & *Petro* van der *Haer* layco Trajectensis diœcesis, testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego *Johannes* de *Noorde* clericus Trajectensis publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia prædicti testamenti ordinationi, dispositioni, executorum ejusdem testamenti constitutioni, electioni, & potestatis dationi, omnibusque aliis & singulis, dum sicut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens intersui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideo præsens publicum instrumentum per alium me aliis occupato negotiis fideliter scriptum & per me subscriptum confeci & publicavi, signoque meo solito & consueto signavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem CIↃ. CCCC. vicesimo quarto, indictione secunda, die XXV. mensis Augusti, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris

& domini nostri, Dn. *Martini* divina providentia Papæ quinti anno septimo, in mei Notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus venerabilis & circumspectus vir Dn. *Wilhelmus* de *Renen* Canonicus Trajectensis, nec non Præpositus sancti Martini Embricensis Trajectensis diœcesis non annullando neque revocando testamentum suum alias coram me Notario præfato conditum & factum, ymo idem ratificandò per præsens instrumentum, & approbando, revocando nihilominus tamen expresse quamcunque donationem sive legationem de domo sua sita infra emunitatem ecclesiæ Trajectensis prædictæ, quam pro præsenti inhabitat, cuicumque personæ factam, omnibus melioribus modo, via, causa, jure, & forma, quibus melius & efficacius potuit, dedit, donavit, legavit, & assignavit venerabilibus & discretis viris Dnis *Johanni Hondertmarck* & *Petro* de *Molendino* Canonicis ecclesiæ sancti salvatoris Trajectensis, cuilibet medietatem domus suæ prædictæ, quam pro præsenti inhabitat. Item dedit, donavit, & legavit domicellæ *Heylwigi* filiæ *Hermanni* de *Steenre* ducentos florenos Renenses semel tantum ultra alios ducentos florenos similes alias in priori testamento per prædictum dominum testatorem eidem *Heilwigi* legatos, sic quod ipsa habebit in totum quadringentos florenos Renenses semel tantum. Et præmissa asseruit & dixit firmiter ac esse voluit suam ultimam voluntatem, volens eam valere jure testamenti aut jure codicillorum, seu alias omni modo & forma, quibus melius & efficacius valere poterit

terit de jure vel consuetudine cujuslibet ultimæ voluntatis, priori tamen testamento per ipsum, ut præmittitur, condito in suo vigore perdurante & permanente. Super quibus omnibus & singulis præfatus dominus testator petiit sibi fieri a me Notario publico subscripto unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hæc Trajecti in domo dicti domini Præpositi sub anno, indictione, die, mense, hora, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris Dnis *Lamberto Bruninc*, *Mathia Vetcop* perpetuis beneficiatis in dicta ecclesia Trajectensi, *Hermanno* de *Steenre* armigero, *Johanne Kreyt*, *Baldevino Kreyt*, & *Lamberto* filio *Ludekini* laycis Trajectensis & Coloniensis diœcesis, testibus fide dignis, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

NOTÆ.

Collectarium super psalterio. Volumen continens excerpta & sententias ex Psalmis, preces continens & orationes in sacris usitatas. Vita Rabani Mauri *n. 10. In epistolas quoque Pauli Collectarium fecit, colligens de diversis Opusculis SS. Patrum sententias eorum &c.* Eadem *n. 51. Fecit Collectarium unum de sententiis divinorum librorum. Collecta*, lectio, oratio.

Item Carthusiensibus extra muros Trajectenses. Extra portam insulanam cœnobium ipsis extruxerat Suederus de Gaesbeeck, idque *Bloemendael* dici jusserat, seu *domum novæ lucis in Bloemendael, ten Nyenlicht in Bloemendael*, ut in veteri est charta. Simpliciter etiam *dat Nyelicht*, ut in Testamento Ann. 1466. *Item geve ick dat Cathuyser klooster buyten Utrecht geheten dat Nieuwe Licht &c.* Posuerat primum ejus lapidem Ann. 1392. Extinctus in Italia cum Romam se conferret Ann. 1400, Sed relatus mox Ultrajectum & sepultus in ecclesia a se extructa & dotata. Reliquit filium Jacobum, fratrem autem Wilhelmum Dominum de Ab-

coude. Meminit Necrologium: *x. Kal. Maji obiit nobilis vir Dn. Swederus de Abcoude, Dominus de Gaesbeecq, de Putten, & de Stryen.* Item: VIII. *Idus Februar. obiit nobilis Domicellus Jacobus Dn. de Gaesbeeck &c. filius Domini fundatoris, & magnus benefactor domus hujus.* Item: *Januar. Circumcisio Domini. Obiit generosus Domicellus Gisbertus filius domini Wilhelmi de Abcoude fratris Fundatoris nostri.* Item: *memoria nobilis Dnæ de Abcoude matris ejus.* Thomas fuit Grawert, qui primus præfuit monasterio; Prior dictus, non Abbas.

de melioribus tabbardis meis foderatis. Foderare est suffulcire. A *fodro*, quod utrumque est, & annona militaris, avena, pabulum &c. & vestis suffultura. Quæ & alibi *forratura*, ut in testamento Cunegundis van Virnenburch, quod edidi una cum epistolis Ann. 1695. *Foderare* etiam utrumque est, & suffulcire, & annonam seu pabulum quærere aut exigere. *Fodrarius* qui exigit. Unde & nostrum *vouragier*. Benedicti IX. diploma Ann. 1035. *nec mansiones eorum hospitari, vel invadere, vel foderare præsumat.* Auctor vitæ Ludovici Pii apud Pithæum: *Quibus prudentissime ordinatis inhibuit a plebeis annonas militares, quas vulgo Foderum vocant, dari.* Gunther. *lib.* 8. *vers.* 572.

Cumque molendinis telonea, flumina, pontes,
Id quoque quod fodrum vulgari nomine dicunt.

Hincmari Capitula Ann. DCCC. LXXXVII. *neque ducatis superflue homines, per quos illos gravetis in cibo & potu, & fodro ad caballos.* Vide & Sirmond. *ad Car. Calv. Capitul. tit.* 12. Apud quem tamen nihil de notione, de qua loquor, ut nec apud du Cange. Et frequens tamen vox est. Statuta Generalia Academiæ Viennensis apud Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. tit.* 17. *Providebit sibi de Chabbardo seu epitogio magistrali proprio, novo serico pro æstate, aut vario pro hyeme foderato.* In iisdem Statutis, *tit.* 11. *Item quod nullus Doctorandus Doctori ipsum præsentanti varium vel aliquas sufferraturas solvere teneatur*, legendum putat Lambecius, *subfoderaturas*. Ego litera mutata tantum *sufforraturas*.

decem scuta Franciæ auri antiqua. Quadraginta duos obolos valebat vetus scutum Francicum Ann. 1508. ut in charta ejusdem anni: *& adhuc duorum scudatorum antiquorum monetæ Regis Franciæ, quolibet scudato æstimato ad unum & dimidium florenum Renensem aureum pleni ponderis &c.*

unam

unam taſſam argenteam de majoribus meis taſſis. Taſſa hic patera eſt, phiala, non crumena, aut marſupium. Didici ex teſtamento Judoci van Winſen Ann. 1494. *Et dedit & legavit eiſdem executoribus ſuis & cuilibet eorum unam taſſiam argenteam, vulgariter een ſilveren ſchale, vel octo ſcudatos Ducis Wilhelmi pro eadem &c.* Crumena aut marſupium *taſca* apud du Cange. Taſſa neutro hoc ſignificatu apud eum occurrit. Cumulus apud eum eſt, ſeu ſtrues ariſtarum. Parum autem refert *taſſa* ſcribas an *taſſea*. Teſtamentum Ann. 1485. apud Camuzat. *antiq. Tricaſſ. p.* 240. *Item damus & legamus nepoti noſtro M. Nicolao de la Place* 12. *magnas taſſeas argenteas.*

ANTONII MATTHÆI RECITATIONES SEU PRÆLECTIONES SOLEMNES AD Tit. Cod. de Pign. & hypoth.

LIB. VIII.

Habitæ olim Ultrajecti Ann. CIↃ. DC. LI.

I. PIgnus a *pugno* dictum, vel rem pigneratam ſignificat, vel contractum, vel jus pignoris in re, *l. plebs* 238. §. *pignus ff. de verb. ſign.* §. *ult. Quib. mod. re contr. obl.* Hoc loco ſignificat jus pignoris in re. Quod conſtituitur vel conventione, vel teſtamento,

vel lege, vel missione in possessionem, vel judicati exequendi gratia, *l. non est mirum* 26. *ff. de pign. act. l. a Divo Pio* 15. *ff. de re jud. l.* 1. *&* 2. *C. de praet. pign. l.* 1. *& t. tit. C. in qui caus. pign. vel hyp. tac. contr.*

II. Conventione expressa constituendum est pignus: tacita non sufficit, nisi lege adjuvetur. Itaque siquis vinitori credat centum ea lege, ut ex vinea decem amphoras vini sibi solvat, neque uvae, neque vinea pignori est. Sichard. *ad h. rubr. n.* 4. arg. *l. liberto* 21. *pr. ff. de ann. legat. l. ult.* §. 1. *ff. de contrab. empt.*

III. Quid si quis emerit reditum annuum ex certo fundo praestandum, an fundus est pignori? Aff. Matth. de Afflict. *decis.* 162. *n.* 2. *& seq.* Boër. *decis.* 66. Sand. 3. *decis. tit.* 12. *def.* 8. Qui regulam hanc tradunt: Quoties onus imponitur rei, vel praestari jubetur ex re, vel de re certa, toties res pignori est. Nec tamen locum ex jure adducunt; & Afflictus contrarium sentire videtur. Neg. arg. *l. ult.* §. 1. *ff. de contrab. empt. d. l. liberto* 21. *ff. de ann. legat. l. Paula Callinico* 27. §. *ult. ff. de leg.* 3. *l. Lucius* 12. *ff. de alim. vel cib. legat.* Thoming. *decis.* 17. *n.* 11. *& seqq.* Costal. *ad d. l. ult. ff. de contr. empt.* Ranchin. *ad decis. Pap.* 42. Quorum sententia verior videtur. Cum enim verba *ex fundo* vel *de fundo* accipiantur demonstrative *d. l. Paula* §. *ult.* utique imputandum creditori, cur non apertius legem dixerit, *arg. l. veteribus* 39. *ff. de pact.* Neque satis firma videtur esse responsio Sandii ad *d. l. ult. ff. de contrab. empt.* quasi concisa oratione responderit Scaevola solum de obligatione personali,

non reali, quodque soleat ille brevis esse & concisus, teste Molinæo *lect. Dol.* 4. *&* 5. Etsi enim Cujacius quoque in *recit. solemn.* notet eum pene Laconicum esse; idem tamen ex *l.* 3. *C. Th. de testam.* notat, eundem peritissimum dici Arcadio & Honorio: cui laudi nequaquam congrueret, de parte solum quæstionis respondisse. Si tamen alimenta ex certo fundo jubeantur præstari, vel quid aliud piæ causæ intuitu tum fundus obnoxius est. Tiraquel. *privil.* 63. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 51. Guid. Pap. *decis.* 576. arg. *l.* 2. §. 1. *ff. de alim. & cib. legat.*

IV. Sane siquis dixerit, *Super fundo*, Belg. *op dat lant*, non dubitant Dd. fundum esse pignori. Afflict. *d. decis.* 162. *n.* 6. Boër. *d. decis.* 66. Molin. *de censib.* §. 74. *gl.* 2. *n.* 19. Everh. *cons.* 107. *n.* 4. Rauchb. *part.* 1. *quæst.* 6. *n.* 60. *post Bartol. in l. pen.* §. *instituto ff. de leg.* 2. Atque ita Castrens. ibid. consuluisse se dicit pro quodam creditore Papæ, cui Papa assignaverat reditum super certo censu Cameræ Apostolicæ.

V. Item siquis dixerit, *Assigno tibi fundum istum &c.* recte hypotheca constituta censetur. Chassan. *de censib.* §. 4. *n.* 2.

Item vox *versekeren* ad rem respiciens hypothecam significat. Modest. Pistor. *qu.* 77.

VI. Item Mornac. notat ad *d. l. ult. C. de contr. empt.* hodie fundum pignori obligatum censeri, si in tabulis nuptialibus scriptum sit *a prendre la dite somme sur un tel heritage.*

VII. Item si debitor permiserit creditori propria auctoritate ingredi & distrahere arg. *l.* 3. §. *ult. ff. Qu. pot. in pign. l.* 3. *C. h. t.* Bart & Morn. *ad d.*

l. 3. *ff.* Bald. *ad d. l.* 3. *C.* Cuj. *ad d. l.* 3. *lib.* 11. *resp. Papin.* Afflict. *decis.* 201. Rauchb. *d. part.* 1. *quæst.* 6. *n.* 57. Belg. *dat den crediteur sal mogen panden van de gereetste goederen des debiteurs.* Neostad. *decis. Cur. Holl.* 36.

VIII. Quidam dixerat, *Onder verbant als na rechten*, an hypotheca est? Vid. contraria responsa Holl. 1. *consf.* 267.

De jure hodierno.

IX. Romano jure tam mobiles res quam immobiles nuda conventione oppignorari possunt, moribus nostris neutræ. Nam quod ad mobiles attinet, nisi possessio quoque in creditorem transferatur, nocet quidem ea conventio debitori, & ejus heredibus, non creditoribus aliis. Valla *de reb. dub. tr.* 11. *n.* 1. Grot. 2. *man.* 48. §. *sonder ter hantsettinge.* Christin. *ad consf. Mechl. tit.* 7. §. 7. & 8. Costuymen *van Deventer* 2. *tit.* 21. §. 13. Roseb. *recueil. tit.* 47. §. 3. Costuymen *van Duc d'Alba* §. 21. ubi Ultrajectini ita loquuntur: *Alle leveringe van mobile panden dat selfde heeft jus in rem.* Lantr. *van Roermont part.* 4. *tit.* 7. §. 1. *n.* 1. Consf. Bituric. *tit.* 7. §. 2. Burgund. *tit.* 5. §. 3. Chopp. 1. *Parisf.* 1. *n.* 3. & *cap.* 3. *n.* 3. Robert. 4. *rer. jud.* 19.

X. Hæc consuetndo non solum in generali hypotheca bonorum locum habet, ut mobilia non habeant sequelam, sed & in speciali certarum rerum mobilium. Statutum enim non distinguit. Chassen. *ad consf. Burg. tit.* 5. §. 3. *pr.* Christ. *ad consf. Mechl. tit.* 7. §. 8. *n.* 3. Quid si fundus instructus judicialiter oppignoratus sit, valetne oppignoratio rerum, quæ in fundo sunt? Non vide-

videtur. Et quid si res mobilis forte apud judicem pignoretur, an habet sequelam? Et an sequelæ obtinendæ causæ posset quis judicem accedere?

XI. Quid si debitor constituerit titulo precarii vel constituti res retinere, an habent sequelam quasi translata possessione. Aff. Chassen. *tit.* 5. §. 3. *n.* 3. laudans Afflict. *ad const. Sic.* Et sequitur Christ. *ad consf. Mechl. tit.* 7. §. 8. *n.* 5. Et confirmari potest eo, quod Galli dicunt, si statutum vetet donare & retinere, posse tamen titulo conductionis, precarii, vel simili rem retineri. Coquel. *Inst. jur. Gall. tit. de donat. fol.* 241. Pyrrh. *ad consf. Aurel. tit.* 12. §. 7. Boër. *ad consf. Bitur. tit.* 9. §. 2. Argentr. *ad consf. Brit. art.* 226. *gl.* 2. Verum hanc sententiam quantum ad prædia non admittit Sande *tr.* 1. *de feud. Gelr. tit.* 1. *cap.* 1. *n.* 15. & 38. uti nec Goris *tr.* 3. *adversf. cap. ult.* Et nobis repudiandam Chassanei de mobilibus sententiam patet ex Statut. Urb. *tit.* 28. §. 7. *Wanneer dat ymant den anderen eenige tilbaer have overgeeft voor Schepenen, so sal de geene, die de tilbaer have overgegeven wert, rechtevoert de have na hem nemen van den bodem, daer sy waren binnen den eersten dwersnacht, ende niet weder brengen, &c. of men soude dan een ygelicken daer aen rechten, gelyck of die niet overgegeven hadde geweest.* Conf. *Consuet. jussu Ducis Alban. collect.*

XII. Quod ad immobiles res attinet, eæ oppignorari non possunt, nisi in judicio. idque passim receptum est, etiam apud Frisios, qui alioquin Romanum jus religiosius observare solent. Apud Velavos

lavos tamen sufficit præsentia duorum popularium, qui in eo loco, ubi prædium situm est, heredia possident. *Lantr. van Veluwe tit.* 24. §. 1.

XIII. Quo in judicio? Frisii distinguunt: Si generalis sit hypotheca in loco domicilii debitoris: sin specialis in loco, ubi prædium situm est. *Statuyten van Frieslant lib.* 1. *tit.* 10. §. 1. Sand. 3. *decis. tit.* 22. *def.* 15. Alii agnoscunt tantum specialem obligationem, factam ubi fundus situs est. *Lantr. van Overyssel part.* 2. *tit.* 8. §. 3. *van Zutphen. tit.* 18. §. 6. *van Roermont part.* 3. *tit.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. *Costuymen van Antwerpen tit.* 57. §. 1. Goris *tr.* 4. *advers. cap.* 18. Neostad. *decis. Cur. Holl.* 28. 29. & 30. Coler *decis.* 17. Carpzov. 2. *const.* 23. *def.* 20. Radel. *decis.* 88. Aliter si factum fuerit, ipsi * debitori nocet oppignoratio, non tertio. *Costuymen van Antwerpen d. loc.* §. 2. nisi tertius possideat ex causa lucrativa. Grot. 2. *cap.* 48. §. *Algemeen.* Quæ exceptio hausta videtur ex *const. Polit. Holl.* §. 35. Aliam exceptionem admittunt Zutphanienses *d. tit.* 18. §. *ult.* Si nimirum specialis hypotheca coram judice loci constituta est, & in subsidium generalis adjecta clausula.

* An nocet etiam chirographariis? Aff. si coram testibus fundus oppignoratus sit, & signatum instrumentum. Carpzov. *d. const.* 23. *def.* 14.

XIV. Quid si in diversis territoriis prædium situm est? Uterque judex adeundus. Argentr. *ad cons. Brit. art.* 265. *verb. ou par cour superieure n.* 10. *vers. nihil magis.*

XV. Quid si feudale sit prædium? Resp. Moller. 1 *semestr.* 20. ante impetrandum domini consensum: dein prædium obligandum coram judice loci. Idem Coler. 1. *de process. exec.* 10. *n.* 204: Nobis sufficit domini feudalis & Parium consensus. *Lantr.*

van

van Overyſel 2. *tit.* 8. §. 3. *Coſtuymen van Duc. d'Alba* §. 21. Sand. *de feud. Gelr. tr.* 2. *tit.* 2. *cap.* 4. §. 2. *n.* 9. Grot. 2. *man.* 48. §. *Doch leengoet* Et ſic ſi cenſuale aut dominicale ſit prædium ſufficit ſi obligetur coram domino cenſus, coram Abbate, aut ſimili ſuperiore. *Lantr. van Roermont* 3. *tit.* 1. §. 1. *n.* 2. *van Overyſel d.* §. 3.

XVI. An prædium judici loci oppignorari poteſt, illo ipſo judice auctore? Aff. Rauchb. *part.* 1. *quæſt.* 24. *arg. l. un. ff. de off. conſ.* & quia ceſſat fraudis metus. Carpzov. 2. *conſt.* 23. *def.* 6.

XVII. An valet pignus ſine judice, ſi venditor paciſcatur fundum ſibi pignori fore, donec pretium ſolvatur. Neg. Moller. 1. *ſemeſtr.* 4. Berlich. 2. *concluſ.* 29. *n.* 61. *arg. l. ult. C. Qu. res pign. obl. poſſ. l.* 1. §. *ult. & l.* 2. *ff. de reb. eor. qu. ſub tut. vel cur.* & quia ratio hujus juris eſt, ne creditores decipiantur eodem fundo multis obligato. Quæ ratio & ad præſentem ſpeciem pertinere videtur. Aff. Weſenb. *conſ.* 39. Rauchb. 1. *quæſt.* 6. *n.* 26. Carpzov. 2. *conſt.* 23. *def.* 16. quorum ſententia in Saxonia obtinuit. Item in Friſia. Sand. 3. *deciſ. tit.* 12. *def.* 16. *arg. l. ult. C. de pact. int. empt. & vend.* Et ratio, quia nullum hic deceptionis periculum. Ad hæc cum etiam dominium ſibi venditor reſervare poſſit ſine judice, quidni poſſit etiam pignoris jus? Sed ad hoc forte reſpondebitur. Qui dominium recipit, retinet quod habet, qui pignus, id vult, quod ante non habuit.

XVIII. Si oppignoratio ſemel coram judice facta ſit, & creditor id pignus alii cedere velit, an rurſum adeundus judex? Neg. Berlich. 2. *concl.* 29. *n.* 26.

n. 26. Rauchb. 1. *quæst.* 6. *n.* 28. Heig. 2. *quæst.* 5. Carpzov. 2. *quæst.* 23. *def.* 8. quia fraudis ratio cessat. Aff. Antverpienses *tit.* 57. §. 8. *&* Ruræmondani *part.* 3. *tit.* 1. §. 1. *n.* 9. Vid. Costuymen *van Utrecht tit.* 28. §. 9.

XIX. An juramentum potest supplere judicis defectum? N. Moller. 1. *semest.* 19. Carpzov. 2. *const.* 23. *def.* 4. *arg. l. non dubium C. de legib.* etiamsi debitor juraverit se nulli alii pignus obligaturum esse.

XX. Statutum exigens oppignorationem judicialem an eo ipso tollit tacitas hypothecas? Neg. *Statuten van Frieslant lib.* 1. *tit.* 10. §. 2. Berlich. 2. *concl.* 29. *n.* 47. Grot. 2. *manud.* 48. §. *maer de stilswygende.* Neostad. *decis. Cur. Holl.* 30. Sic enim si alienatio rei decretum exigat, ut rei minoris, tacite nihilominus pignori esse potest. Gail 2. *obs.* 13. *n.* 9. Sand. 1. *de prohib. alien. cap.* 1. §. 3. *n.* 51.

Quis oppignorandi jus habeat.

XXI. Haut dubie dominus rem suam pignori obligare potest *arg. l. in re mandata* 21. *C. mand.* §. *per traditionem Inst. de rer. divis.* In re communi potior est prohibentis conditio, *l. Sabinus* 28. *ff. comm. divid.* Partem tamen nostram sicut alienare ita & pignerare possumus, *l. un. C. si comm. res pign. dat. sit l.* 1. *& seqq. C. de comm. rer. al. l.* 3. §. *ult. ff. Qu. pot. in pign.*

XXII. Usufructuarius usumfructum dare pignori potest, non fundum, *arg. l. ult. ff. de usur.* §. 1. *Inst. de us. & hab. l. interest* 6. *C. de usufr.* Frustra tamen adducitur *d. l. ult. ff. de usur.* non enim de fructuario loquitur, sed domino, qui si rem suam

a pos-

a possessore cum fructibus vindicet, in fructu etiam computabit, quod eam rem pignori dare potuerit; atque ita mutuam pecuniam impetrare. Cuj. *ad d. l. 72. ff. de reg. jur.*

XXIII. Emphyteuta an fundum obligare potest pignori? Aff. *l. tutor 16. §. ult. ff. de pignor. act.* nec id sublatum est per *l. ult. C. de reb. alien. non alien. l. 3. C. de jur. emphyt.* Cujac. *ad eand. l. 3. p. 396.* Gail 2. *obs. 25. n. 6.* Borcholt. *de feud. cap. 3. n. 42.* Neostad. *d. dec. Cur. Holl. 59.* Et hæc est communis sententia. Clar. §. *emphyteusis qu. 18.* Corbul. *cap. 14. limit. 33.* Diss. Sarmient. 3. *select. interpr. 2.*

XXIV. Finito tamen jure emphyteutæ finitur etiam pignus, *l. lex. vectigali 31. ff. de pign. & hyp. ub. Cuj. in comm.* Invito sane domino non potest creditor id vendere. Add. *ad Clar.* Idem de superficiario dicendum, *d. l. tutor. 16. §. ult. ff. de pignor. act. junct. l. 1. §. ult. ff. de superf.* Sed quid si dominus jure protimeseos fundum ab emphyteuta pignoratum retrahat? Non extinguitur pignus, quia dominus succedit in locum primi emptoris: is vero emit cum sua causa. Nec creditori hoc casu quicquam imputari potest, dominum enim prohibere non potuit, quo minus privilegio suo uteretur. Cuj. *ad d. l. 31.*

XXII. Fundus in diem addictus interim ab emptore pignori datus est. Resoluta emptione solvitur pignus, *l. 8. §. sed & Marcellus ff. de in diem addict. l. 3. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv.*

XXVI. Redhibetur fundus ex ædilitio edicto, num extinguitur pignus? Neg. *l. bovem 43. §. pignus ff. de ædil. ed.*

XXVII.

XXVII. Rescinditur venditio ex *l.* 2. *C. de resc. vend.* an solvitur pignus? Neg. arg. *d. l.* 43. §. *pignus*, & quia non resolvitur emptio, ut in *d. l.* 4. *ff. de in diem add. d. l.* 3. *ff. Qu. mod. pign. solv.* sed rescinditur. Adhæc pleno jure interim emptor dominus fuit, quidni ergo potuerit rem oppignorare? Denique imputari emptori potest, cur non offerendo, quod deerat justo pretio, rem retinuerit. Cuj. ad *d. l. lex vectigali lib.* 1. *resp. Scævol.* Ant. Fab. *de err. pragm. decad.* 23. *err.* 2. Boër. *decis.* 181. *n.* 10. Coras. *ad l.* 2. *ff. de serv. n.* 17. Diss. Molin. *de feud.* §. 33. *gl.* 1. *verb. droict. de relief. n.* 45. Pinel. *part.* 2. *ad l.* 2. *C. de resc. vend. cap.* 3. *n.* 11. Rebuff. *de resciss. contr. gl.* 5. *n.* 2. & 29. Fachin. 2. *controv.* 23. Opp. *d. l.* 31. & *d. l.* 4. §. *Marcellus.* Resp. Patet ex superioribus ratio discriminis & vid. plenius Fabrum. Opp. Iniquum foret venditorem teneri hypothecaria. Resp. Idcirco emptor liberare debet pignus: alioquin condemnandus in omne quod interest venditoris.

XXVIII. Retrahitur fundus ex pacto de revendendo an extinguitur pignus? Aff. Bartol. *ad l.* 4. §. *sed & Marcellus ff. de in diem addict.* Cuj. *ad d. l.* 31. Coras. *ad l.* 2. *ff. de servit. n.* 17. & *Dd. comm.* Cagnol. *ad l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vend.* Molin. *ad consf. Paris.* §. 51. *gl.* 2. *n.* 20. & *seq.* Tiraq. *de retract. convent.* §. 3. *gl. un. n.* 10. Est enim resolutio necessaria, ut multis probat Pinel. *ad l.* 2. *C. de resc. vend. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 20. & *seqq.* Et venditor, qui hoc pactus est, videtur etiam hoc egisse, ne interim oneretur res, aut certe ne onus sibi noceat. Diss. Fab. *dec.* 23. *err.* 1. con-

ten-

tendens voluntariam esse resolutionem, quia emptor non tenetur præcise revendere, sed liberatur præstando id quod interest *arg. l.* 72. *ff. de verb. obl.* Imo non est resolutio prioris emptionis, sed nova emptio, *l. ab emptione* 58. *ff. de pact.* Indemnem igitur duntaxat venditorem reddere debet. Denique venditori imputandum, cur non legem aperte dixerit de re non oppignoranda.

XXIX. Retrahitur jure sanguinis, an extinguitur pignus? Ab emptore primo interim contractum pignus resolvi necesse est: hæc enim necessaria contractus resolutio vel rescissio est, nec locum habet præstatio ejus quod interest. Sed quæ venditor imposuerat onera, ea sequuntur retrahentem, quia rem retrahit cum sua causa. Molin. *de feud.* §. 20. *gl.* 5. *n.* 26. *& seqq.*

XXX. Revocatur donatio propter ingratitudinem an pignus extinguitur? Aff. Tiraquell. *ad l. si unquam gloss. revertatur. n.* 330. Pinel. *d. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 19. Ripa *ad l. ult. C. de rev. don. quæst.* 42. Quoniam & hæc necessaria dissolutio vel restitutio est. Neg. Fab. *d. dec.* 23. *err.* 4. quoniam nec res alienatæ revocantur *l. his solis* 7. *C. de revoc. don.* multo minus oppignoratio in irritum deducitur *arg. l. in quorum* 24. *ff. de pign. & hyp. l. non debet* 21. *ff. de reg. jur.* Nec tam resolvitur donatio quam revocatur per querelam ingrati. Ambigit Mozz. *de revoc. don. n.* 61. *& seq.*

Ad l. 1. *C. h. t.*

Confer *l.* 21. *ff. de reb. cred. l. adversus* 10. *C. de obl. & act.* Excipit Sichard. *h. in fin.* eum casum quo prætor mihi addixit pignus judiciale, egoque

eo contentus fui. Notat etiam ex gloss. apud Venetos hodie contrarium observari. Item ex Angelo contrarium observari inter fœneratores.

Ad l. 2.

Non pugnat hæc lex cum *l. 2. ff. Qu. pot. in pign.* quæ regulam proponit, hæc temperamentum. Regula: Cui generaliter omnia bona obligata sunt, is præfertur ei, cui postea quædam specialiter obligata sunt, *l. 6. C. Qu. pot. in pign.* Temperamentum: Nisi priori præter generalem obligationem etiam quædam specialiter obligata sint. Sed fallit hoc quoque temperamentum, si habens generalem & specialem hypothecam adjecit vulgatam clausulam: neque generali per specialem, neque huic per illam derogatum iri. Morn. *ad l. 8. ff. de distr. pign.* Choppin. 3. *de morib. Paris.* 2. *n.* 3.

An hæc constitutio procedit etiam in uxore, cui pro dote omnia bona, & specialiter res quædam sunt obligatæ. Aff. Giphan. *h. p.* 316. Conf. *l. ult. C. de pact. conv.*

An habet locum, si unus duntaxat sit creditor, & debitor contendat, debere eum ante specialem hypothecam excutere? Neg. Sichard. *h. n.* 2. *&* 6. Giphan. *d. p.* 316. *& comm. Dd.* Magist. *de præscript. cap.* 32. *n.* 1. *&* 2. Papon. 18. *tit.* 6. *arr.* 34. Choppin. 3. *de mor. Paris.* 2. *n.* 3. per *h. l. verb. æquale jus, &* per *l. creditoris* 8. *ff. de distr. pign.* & quia jus singulare non est producendum ad consequentias. Aff. Cuj. *in comm. posthum. ad h. l.* 2. Pro quo facit *l. quæ specialiter* 9. *C. de distr. pign.* & *h. l.* 2. *verb. tamen temperanda.* Nec adversatur *d. l. creditoris* 8. *ff. de distr. pign.* Ea enim lo-

loquitur non de eo, qui generalem & specialem hypothecam habet, sed qui generalem tantum, vel & hypothecam multarum rerum. Neque est jus hujus legis singulare, sed æquitate temperatum & inductum. Cæterum Cujac. interesse putat, utrum specialis hypotheca præcedat generalem in contrahendo, an sequatur: Si præcedat, obtinet hæc lex: sin sequatur, nequaquam procedere putat. Recte ne?

Ad l. 3.

Constituto pignore jus est creditori inhærere possessioni traditæ, non vi invadere non traditam. Quid si vim fecerit? Incidit in constitutionem D. Marci *l. extat* 13. *ff. Qu. met. caus. junct. l. dotis* 9. *C. sol. matr.* Incidit etiam in legem Juliam de vi si dolo malo fecerit, *l. pen. & ult. ff. ad l. Jul. de vi priv.* sin errore juris, in *l. siquis in tantam C. und. vi.* Forte & in *l. meminerint C. eod.* Incidit etiam in edictum de bonis vi raptis *l.* 3. *C. de vi bon. rapt.* At cum furti non teneatur, *l. cum creditor* 55. *ff. de furt.* cur tenetur vi bonorum raptorum? Resp. Jurisconsultus in *d. l.* 55. loquitur de pignoribus datis sive depositis arg. ej. quod Paul. 5. *sent.* 6. §. *ult.*

Quid si convenerit, ut creditor suo arbitratu ingredi possit? Valet conventio *h. l. & l. pen. C. de pign. act. l.* 3. §. *ult. ff. Qu. pot. in pign.* Ita tamen intelligenda, ut ingredi possit creditor non reclamante debitore: si reclamanti vim fecerit, incidet in l. Juliam *arg. l. ult. ff. ad l. Jul. de vi priv. l. qui ratiario ff. de pign. act.* Et foret contra bonos mores pactio, permittens creditori, ut vim facere possit debitori, *arg. l.* 3. *ff. Qu. met. caus. l. nihil* 116. *ff. de reg. jur. l.* 5. *ff. de pact. dotal. l. pacta*

C. de pact. Azo & Bartol. *h. n.* 18. Wurmser. 1. *tit.* 30. *obs.* 3. Hotom. *h.* Atque ita etiam sentit Menoch. *remed.* 5. *adipisc. poss. n.* 86. nisi quod putet *vers. attamen* suasionem continere, cum possit & ita accipi, resistente debitore opus esse Præsidis auctoritate. Donel. *h. n.* 4. Molin. *ad cons. Paris.* §. 1. *gloss.* 4. *n.* 10. Et ei tamen verbalis resistentia debitoris non sufficit ad impediendum creditorem, sed realis. Diss. Joann. teste Gloss. *h.* putans etiam resistenti debitori posse vim fieri. Sequitur Giphan. *h. p.* 322. & ut videtur Sande 1. *tit* 12. *def.* 3. *&* 3. *tit.* 12. *def.* 20. Aperte Fab. 57. *err.* Opp. Quod convenit, id invito debitore facere possum *arg.* §. 1. *Inst. Qu. al lic. vel non*, *l. pen.* §. *ult. ff. de acq. poss.* Resp. si conventio justa sit. Opp. Volenti non fit injuria, *l.* 1. §. *usque ff. de injur.* Resp. si in eadem voluntate perseveret. Opp. manus injectio ex *l. Titius 6. ff. de serv. export.* Resp. licita est, dum ne vi manuque violenta servum eripias. Adhæc a servo ad bona debitoris non valet argumentum. Et Giphanius, ne obstet *d. versic. attamen*, putat eum Triboniani esse, sicut & Tribonianismum agnoscit in *d. l. pen. C. de pign. act.* *&* *l.* 9. *C. sol. matr.*

An in aliis quoque contractibus valet hæc pactio, veluti in emptione? Aff. Dd. *arg. d. l.* 9. *ff. de serv. export.* Conf. *l.* 5. *&* *l. fundi* 33. *ff. de acq. poss.* Quod tamen temperandum ut supra Menoch. *d. remed.* 5. *n.* 34. Diss. Giph. *h. p.* 321. Vaud. 1. *quæst.* 13. eo quod manus injectio, de qua *d. l.* 9. sit jus singulare, non producendum ad consequentias.

An

An testamento quoque testator legatario permittere potest propria auctoritate occupare rem legatam? Aff. comm. Dd. Menoch. *d. remed.* 5. *n.* 31. *per l. Titia* 34. §. 1. *ff. de leg.* 2. *l. non est mirum* 26. *ff. de pign. act.* quæ tamen nihil probant. Rectius adduceres argumentum a pacto ad testamentum *arg. l. pactum* 46. *ff. de pact.* Diss. Giphan. *p.* 321. eo quod lege careat hæc sententia. Adde, olim si per vindicationem legatum esset, legatarius propria auctoritate occupare legatum poterat. Gajus 2. *Inst. tit. de legat.* Hodie omnium legatorum una est natura, *l.* 1. *C. comm. de legat.*

An hæc pactio prodest etiam heredi creditoris? Aff. Quia succedit in universum jus defuncti *l. nihil est aliud* 34. *ff. de V. S.* Et unusquisque in dubio præsumitur heredibus quoque consulere voluisse. *l. si pactum* 9. *ff. de probat.* Menoch. *d. remed.* 5. *n.* 97.

An successori singulari vel cessionario? Aff. Bartol. & comm. Dd. *ad l.* 1. §. *usufructuarius ff. de op. nov. nunc.* per *eund.* §. & *d. l. si pactum* 9. *ff. de probat.* Menoch. *d. remed.* 5. *n.* 100.. Limitatur: dummodo non sola hypothecaria, sed & personalis actio cedatur. Menoch. *n.* 103.

An nocet heredi debitoris? Aff. Quia & hic in jus passivum defuncti succedit. Menoch. *d. remed.* 5. *n.* 106. Gipb. *ibid. p.* 323. Quid si heres pupillus sit? Huic quoque nocet. Menoch. *ibid. n.* 109. *arg. l.* 2. *&* *ult. C. de. temp. in integr. rest. l. cum mandatu* 23. *ff. de min. l.* 1. §. *si communis*, *& l.* 3. *ff. de reb. eor. qu. sub tut. l.* 1. *&* 2. *C. de præd. min. l.* 1. *&* 3. *C. Qu. decret. non est op.*

An & cuivis successori singulari? Aff. Cyn. Specul.

 teste

teste Bartolo hic, per *d. l. 9. ff. de prob.* & quod pactum rem ipsam afficiat, sicuti pignus, cui accedit, *l. pignoris* 18. *C. h. t.* & quia hæc occupatio pignoris executioni similis est: executio autem in rem sit, & præterea per *l. Titius ff. de serv. export.* & quia pignus a debitore venditum transit cum suo onere, *l.* 15. *C. h. t. l. si debitor* 12. *C. de distr. pign.* Diss. Mart. Roffred. & alii, quos refert Giphan. *h. p.* 323. dicentes licentiam hanc ingrediendi mere personalem esse, non minus atque licentiam cædendi, spatiandi, cœnandi *l. pecoris* 4. *l. Lucius pen. ff. de serv. præd. rust. l. ut pomum* 8. *ff. de servit.* Distinguunt alii Bart. & Menoch. *d. remed.* 5. *p.* 132. 133. 140. Si successor causam non habeat a debitore, non nocet ei pactum. Sin causam habet, nocet ei, dummodo jus creditoris liquidum sit, aut instrumentum præter hanc licentiam contineat etiam clausulam constituti aut precarii.

An debitum ante liquidandum, quam creditor ingrediatur possessionem? Aff. Bart. *h. n.* 4. per *l.* 1. *C. si mancip. it. fuer. alien. ne prost. l. ult. C. de compens. l.* 1. *C. de execut. re. jud. l. sed etsi* 24. *l. cum falsum* 46. *ff. de acq. her.* Neg. Bald. Angel. Salic. *h.* quos sequitur Giphan. *pag.* 322. 1. Quia pactum inutile foret, si debitum esset liquidandum ante. Adducit 2. Salic. *l. pen. ff. in quib. cauf. pign. tac. contr.* Pro concordia adducit Menochius *ibid. n.* 62. duplicem praxin. 1. Ut ingrediatur creditor possessionem, dein in continenti producat articulos pro liquidatione. 2. Ut liquidetur ante debitum, dein ingrediatur possessionem. Priori, inquit, modo

do procedit opinio Saliceti, posteriori Bartoli. Satis ridicule. Quærimus enim, utra opinio tutior, non, quæ praxis vel hanc vel illam sequi debeat. Et cui bono ingrediar possessionem, cum liquidatio requirat libellum, citationem adversarii, & litis contestationem secundum Bart. & Menoch. *n.* 70?

An eadem est vis pacti illius, quo debitor constituit, pecunia ad diem non soluta, pignus nomine creditoris possidere? Resp. Dd. minime: hæc enim clausula imaginariam traditionem continet, qua vera possessio transfertur in creditorem: itaque nova prehensione non est opus *arg. l. quod meo* 18. *junct. l.* 3. §. *in amittenda ff. de acq. poss. l. si pignus* 37. *ff. de pign. act. l. quedam* 77. *ff. de rei vind.* Menoch. *ibid. n.* 36. *& seqq.*

Ad. l. 4.

Ex hac lege colligunt Glossatores: Cum obligatio principalis est sponte facta, præsumitur etiam accessoria sponte facta. Hæc regula applicari non solum pignoribus sed & fidejussoribus potest: nec solum quantum ad ipsum debitorem attinet, sed & quum cum fidejussoribus contentio est. Diss. Hotoman. *h.* qui præsupponit vim vere factam esse debitori: cessare tamen actionem *Quod metus causa*, ob id, quod hæc actio damnum exigat, damnum autem non patiatur, qui pignus dedit. Adducit *l.* 12. §. *ult. & l.* 14. *ff. Qu. met. caus.* Verum cum jus crediti amittat, quisquis rem non ex voluntate debitoris tenet *l.* 13. *in fin. ff. eod.* non possum Hotomanno assentiri. Conf. *l.* 9. §. *idem &* §. *sed quod ff. eod.* Rectius ergo Gloss. & Donell. præsupponunt, debitorem quidem allegâsse vim, sed

non probasse, vel vim nominasse, quod adversarius sine pignore credere nollet.

Ad. l. 5. *&* 7.

Nec tibi oberit sententia. Si sciente & patiente creditore expertus sit debitor de proprietate rei, nocet creditori rei judicatæ exceptio *l. sæpe* 63. *ff. de re jud. l.* 4. §. 1. *ff. de appell.* Sin ignorante vel absente non nocet. *l. judicatæ* 29. *ff. de except. re. jud. l.* 3. *ff. de pign. & hyp.* Sed etsi sciente creditore debitor expertus fuerit, non nocet creditori exceptio rei judicatæ, si perlusorie actum sit, aut ejusmodi præscriptione summotus sit debitor, quæ ex facto debitoris nata est, non ex jure rei: qualis est pacti a debitore conventi, temporis, veluti appellationis non introductæ *l. Herennius in fin. ff. de inoff. testam.* Item quod pignus usucaptum sit *l.* 7. *ff. h. t. l. justo* 44. §. *non mutat ff. de usucap.* Cuj. Hotom. Donel. Giphan. *h.*

Quod diximus de usucapione eam compleri jure pignoris salvo id tradit etiam [illegible] §. *cum prædium ff. de pign. & hyp. l. cum postulassem* 44. §. 1. *ff. de damn. inf.* Opp. *l.* 7. *& ult. C. de obl. & act. l.* 1. *&* 2. *C. si adv. cred. l. creditor.* 12. *ff. de div. temp. præscr.* Resp. Anni vel biennii usucapione non perimebatur pignus, perimitur tamen longi temporis præscriptione. Opp. Res aliena non potest dari pignori *t. tit. C. si res alien.* Ergo ne intra longum tempus quidem debitor recte experitur adversus possessorem. Resp. Non quidem debitor: creditor tamen, si res tempore contractus fuerit in bonis debitoris, *l.* 3. *pr. ff. de pign. & hyp*

Ad

Ad l. 6. In summa.

Opp. Quod fructuarius agnoſcat tributa & collationes; *l. 2. §. hactenus l. 27. §. ſi quid cloacarii ff. de uſufr. l. 28. ff. de uſ. & uſufr. leg.* Quod maritus nomine dotis *l. 1. C. fin. cenſ. vel reliq. l. neque ſtipendium* 13. *ff. de imp. in res dotal. fact.* Reſp. Hi percipiunt fructus, non creditor, niſi permiſſu debitoris. Opp. Pacto opus eſt, ut debitor ea agnoſcat & refundat, *l. inter debitorem* 42. *l. epiſtola* 52. *§. pactum ff. de pact.* Reſp. Pactum fiſco non præjudicat: fiſcus enim exigit tributum a poſſeſſore. Quantum ad contrahentes attinet, ſolent illi etiam paciſci, de quo jure cautum eſt, ſed ſuperflua non nocent; *l. 61. §. locavi ff. de furt.* Cuj. *h.* & *ad d. l. 42. ff. de pact.* Videtur porro res ita temperanda: Si fructus percepti a creditore (forte ex permiſſu debitoris) non æquent debitum, uſuras, & impenſas pignoris cauſa factas, eo caſu contraria pigneratitia experiri creditor poteſt: poteſt & retinere pignus, donec ſibi ſatisfiat, *l. ſi neceſſarias* 8. *ff. de pign. act. l. 1. 2. & 3. C. eod. l. un. C. etiam ob chirogr. pec. pign. ten.* Sin exſuperent debitum & expenſas, eo caſu nullam habet repetitionem.

Quid ſi antichreſis expreſſim ſit conſtituta? Ea non obſervat modum uſurarum, *l. ſi ea pactione* 14. *l. ſi ea lege* 17. *C. de uſur..* Unde quia omnes fructus in uſuras imputantur, dicendum videtur ſumptuum repetitionem indiſtincte creditori dandam. Verum contra reſponſum a Doctoribus eſt, quoniam omnes fructus ad eum pertinent, idcirco etiam onera agnoſcere debet *arg. l. 7. ff. de publican. l. 5. ff. de cenſib.* Morn. *ad d. l. 42. ff. de pact.* Coſtal. *ibid.*

& in l. 7. §. quoniam ff. de usufr.

Ad l. quamvis 8.

Feceris condemnationem. Id est, effeceris, ut tibi condemnarentur. Ratio dubitandi non alia, nisi quod novatio perimat pignus *l. solutum* 11. §. 1. *ff. de pign. act. l. in omnibus* 43. *ff. de solut.* Res autem judicata novat *l. ult. C. de usur. rei jud.* Resp. novatio voluntaria extinguit pignus: necessaria non facit deteriorem sed meliorem actoris causam. *l. aliam* 29, *ff. de novat. l. non solet* 86. *ff. de reg. jur.* Donel. *h.*

Ad l. si dominium 9.

Rem nudo pacto obligavit debitor, dein vendidit: postea creditor eam rem tenere cœpit. Cur emptori datur vindicatio adversus creditorem, cum debitori detur tantum pignoratitia? Resp. Quia debitor per creditorem possidet, *l. 7. §. cum illud C. de præscr. 30. vel 40. ann.* actio autem in rem possidenti non datur *§. æque Inst. de act.* Hæc ratio cessat in emptore qui non possidet, nec cum creditore contraxit. Cuj. *h.*

Ad l. debitores 10.

Olim, inquit Hotom. nulla actio instituebatur, nisi ante denuntiatum esset debitori *arg. §. appellamus Inst. de act. l. 7. ff. de inoff. testam. l. 25. §. si ante ff. de hered. pet. l. Æmilius* 38. *ff. de min. l. quidam Hiberus ff. de serv. præd. urb.* Cic. *pro Quint. Quis tam tui, Sexte, dissimilis, qui non heredem, cum primum vidisset, certiorem faceret, appellaret, rationem offerret, siquid in controversiam veniret, aut intra parietem aut summo jure experiretur.* Idem *pro Cæcin. Ea judicia, quæ distrahendarum controversiarum*

rum causa reperta sunt, persæpe disceptatore domestico disceptantur. Liv. *lib.* 4. *hist. Cum res peragi intra parietes nequivisset, ventum in jus est.* Vid. Sigon. 1. *de jud.* 18. Post exoleverunt denuntiationes; sed retentæ forte a Prætore in pignoribus, ut non ante creditor experiri posset hypothecaria, quam debitori denuntiasset. Atque hanc denuntiationem Hotomannus distinctam arbitratur ab iis, quæ præcedebant distractionem, juxta Paul. 2. *sent.* 5. & 13. §. *inter creditorem. l.* 4. & 9. *C. de distr. pign. l.* 4. & 5. *ff. de pign. act.* Aliter Cujac. *h.* qui intelligit denunciationes, quæ distractionem præcedere solent, de quibus & in *l. debitoribus C. de adm. tut.*

Ad l. nominatori 11.

Nominatores intelligunt Cuj. & Hotom. magistratus municipales: hi enim nominare sibi successores solebant in Curia, præsentibus decurionibus, aut majore parte, *l.* 2. §. *si ex tempore ff. de adm. rer. ad civ. pert. l. si ad magistratum* 18. *C. de decur. l.* 1. & 2. *C. de peric. nomin. lib.* 11. Cur hi sine jussu Præsidum non possunt pignora capere? Quia non possunt ea quæ magis imperii sunt quam jurisdictionis *l. ea quæ* 26. *ff. ad municip. l. siquis* 9. *ff. de mun. & hon.* Opp. *l. quemadmodum* 29. §. *magistratus ff. ad l. Aquil. l.* 4. *ff. de damn. inf.* Resp. Hoc quoque faciunt jussu Præsidis. Conf. *l. Lucius* 46. §. *cum testamento l. pen. ff. de adm. & per. tut. l.* 5. *ff. de confirm. tut. l. quod dicis* 6. *C. Qu. dar. tut. vel cur.*

Ad l. si uxor. 12.

Licet instrumento. Id est, licet in instrumento nulla sit pignoris facta mentio, repeti tamen ab he-

herede debitoris soluto debito potest. Nec enim creditor ipse sibi addicere pignus potest: sed nec propterea in solutum datum creditur, nisi probetur. Et conventio, ut debitore non solvente venditor emptum haberet pignus, non aliter valet, nisi justo pretio æstimetur, *l. si fundum* 15. §. *ult. ff. h. t. l. ult. C. de pact. pign.*

Ad auth. hoc ita.

Hanc authenticam Donellus ex sententia Joannis, quam in omnibus receptam dicit, intelligit de pignore litigioso: ut si creditor pignus persequi cœperit, & debitor id vendiderit, liceat debitori ex pretio creditori satisfacere. Sed si non satisfecerit, tunc licet creditori statim hypothecaria agere adversus emptorem. Itaque hæc auth. exceptionem continet ad *auth. hoc si debitor C. h. t.*

Ad l. 15.

Utrum hæc constitutio tam in generali hypotheca quam in speciali locum habet? Videtur: quia generaliter loquitur, sicut & *l. si debitor* 12. *C. de distr. pign. l. pen. ff. in qu. caus. pign. vel. hyp. tac. contr. l. alienatio* 67. *ff. de contr. empt.* Aperte probat *l. un. C. rem alien. gerent.* Opp. *d. l. pen. ff. in qu. caus. pign. l. cum tabernam* 34. *ff. de pign. & hyp.* Cuj. 17. *obs.* 39. hanc dicit esse inter expressum & tacitum pignus differentiam, quod servus tacite pignoratus pro pensione manumitti possit, expressim non possit. Verum non est satis: quærimus enim an hæc differentia sit perpetua? Ex Hotom. *in epit. ff. Qu. res pign. obl. non poss.* videtur dicendum, speciale hoc esse in taberna, ut si merces palam sint venales distrahantur sine onere: Quare? Quia cre-

creditor consentiens alienationi remittere pignus intelligitur. *l. 7. ff. Quib. mod. pign. vel hyp. l. 2. C. de remiss. pign.* Cui consequens est hoc casu nihil interesse, utrum merces expressim an tacite obligatæ sint. Possis & dicere, favore libertatis receptum esse, ut servus pigneratus manumitti possit.

Ad l. etsi frater 16.

Suo nomine. Nam si tuo nomine dedisset, sibi quæsita fuisset condictio *l. 2. C. per qu. pers. nob. acq. l. 9. §. si nummos ff. de reb. cred.* Sane aliquando etsi alienam quis crediderit suo nomine domino tamen utilis actio pecuniæ creditæ datur: puta si pecunia fuerit pupilli, minoris, militis, *arg. l. si pecuniam 26. ff. de reb. cred. l. 2. C. Quand. ex fact. tut.* Giph. Cuj. Hotom. *h. arg. l. si ut proponis 8. C. de rei vind.* Aliter Donell. *in d. l. 26.* dicens non hoc esse jus singulare in persona minoris & militis, quod ex stipulatione non ipsorum nomine facta detur eis utilis actio: sed quod ex stipulatione minoris vel pupilli nomine facta detur. Cæterum ex facto procuratoria suo non domini nomine stipulantis cuivis etiam majori dari utilem actionem, *l. quod procurator 68.* Verum non persuadet Donellus, stipulari enim nomine alterius nihil aliud esse videtur, quam procuratoris officio fungi. Quid quod *d. l. 68.* addenda negatio est ex Basil. & *arg. l. 49. §. ult. ff. de acq. vel amitt. poss. l. 12. ff. de proc. & l. 129. §. Chrysogonus ff. de verb. obl.* Cuj. *in d. l. 68. lib. 3. resp. Papin.*

Cæterum quæsitum minoribus & militibus tantumne utilis condictio an & hypothecaria detur. Prius affirmatur, quoniam nulla lex hypothecariæ me-

meminit, & *arg. h. l.* 16. Opp. Utilis in rem eis datur. *d. l.* 2. *ff. Qu. ex fact. tut.* Ergo & hypothecaria. Opp. datur eis actio adversus fidejussorem *l. l.* 26. *ff. de reb. cred.* Ergo & utilis hypothecaria.

Ad l. quamvis 17.

Excipe ab hac constitutione pupillum, cui pignori sunt res ejus pecunia comparatæ, *l.* 7. *ff. Qu. pot. in pign. l. pen. C. de serv. pign. dat. man. l.* 3. *pr. ff. de reb. cor. qui sub. tut. vel cur.* Item etiam, cujus pecunia servus ab hostibus redemptus est *l. in bello* 12. §. *si pignori* 12. *ff. de capt. & postl. rev. l.* 2. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. *l. ult. C. eod.* quanquam hic non proprie comparatus dicitur. Apparet igitur hic & in *l.* 7. *infr. ff. Qu. pot. in pign.* errasse eos, qui scripserunt, omnes qui ad rem aliquam conservandam crediderunt, tacitam in eis rebus habere hypothecam; quem errorem ex recentioribus plerique notant Guj. *in nov.* 97. & 136. Comment. 4. *comm.* 17. *n.* 12. Donell. *de pignor. cap.* 5. Ant. Fab. 8. *conject.* 11. Hartm. Pistor. 3. *tit.* 12. *def.* 6. Diss. Accurs. & Costal. *in l.* 5. & *seqq. ff. Qu. pot. in pign.* Mynf. 1. *obs.* 60. Gail. 2. *obs.* 18. *n.* 4. Opp. *d. l.* 5. & *nov.* 97. *cap.* 3. Adde exercitii gratia *l. quod quis* 34. *ff. de reb. auct. jud. poss. l.* 1. *ff. in qui. caus. pign. vel hyp. l.* 5. §. *plane* 17. *ff. de trib. act.* Erravit igitur & Sanxon. *ad tit.* 20. *cons. Turon.* §. 3. dum scripsit eum, qui semina credidit, hypothecam & privilegium habere in fructibus. Opp. *d. l.* 5. §. *in tributum ff. de tribut. act.* quæ nihil probat.

Ad l. 18.

Est brevissima, sed ad cujus pleniorem intellectum multa notanda. Actio in rem, qua pignora perse-

qui-

quimur, in Servianam & quasi Servianam distinguitur. Illa experitur locator de rebus coloni, si Cujac. *in not.* & Donel. *in §. item Serviana Inst. de act.* credimus, sive expressim sive tacite obligatis: hac alius quivis creditor, adversus quemvis rei possessorem. Vult. ej. *ad eund. §. n.* 40.

Si plures pignus possideant, adversus singulos in solidum datur *l. Moschis ff. de jur. fisc.* Quod tamen temperant nonnulli, ut locum habeat in debito simplici, non in pensione annua, cujus nomine adversus quemque possessorem pro rata agendum putant. Chassen. *ad consf. Burg. tit. de redit. §.* 2. *gloss.* 1. *n.* 35. Guid. Pap. *quaest.* 432. *n.* 4. per *c. constitutus ext. de relig. dom.* Verum hoc nihil ad jus civile. Videturque unicus tantum casus in jure civili extare, quo adversus possessores pro rata agitur: nempe, si legatarii hypothecaria agant adversus heredes, *l.* 1. *in fin. C. comm. de legat.* Costal. *ad l.* 55. *ff. de rei vind.* Extra hunc casum, etsi heredes hypothecam diviserint, singuli tamen in solidum tenentur *l. rem hereditariam* 56. *ff. de evict. l.* 1. & 2. *infr. C. si un. ex. plur. her. l.* 2. *C. de hered. act. cum simil.* Et si plures res diversas possident, adversus singulos agitur, ut aut pignus cedant, aut debito in solidum satisfaciant *d. l.* 2. *C. de hered. act.* & *d. l.* 2. *C. si un. ex plur. her.* Quod tamen restringunt ad eum casum, quo plures sunt heredes debitoris: secus putant, si plures sint extranei possessores, adversus quos pro rata agendum. Chassan. *d. loc.* Imbert. *Inst. for.* 1. *c.* 31. Cons. Boer. *ad tit.* 7. *consf. Bituric. §.* 1.

Porro datur hypothecaria etiam adversus eum, qui

qui dolo malo possidere desiit, *l. qui dolo* 131. *l. parem*. 50. *ff. de reg. jur. l. qui petitorio* 36. *ff. de rei vind. l. si velit ff. de pign. & hyp.* An & adversus eum, qui sine dolo desiit possidere ob id quod fructus fundi pignerati perceperit? Resp. Dd. non quidem hypothecariam dari, sed dari actionem personalem in rem scriptam, quam actionem defructuationis appellant, nomine earum possessionum, quarum dies jam cesserat, cum defructuator possideret. Gudelin. 3. *de jur. noviss. cap.* 8. *n.* 8. Everh. *cons.* 147. *n.* 5. & 6. & *cons.* 174. *n.* 2. & *seqq.* Peck. *in c. ratihabitionem ext. de reg. jur. in* 6. *p.* 121. & *de jur. sist. cap.* 4. *n.* 21. Memoratur in hunc modum Scabinorum placitum inter Robertum & Henricum Honthorstios & Cornelium Gerardi Ann. 1615. qua dictus Cornelius actoribus condemnatus est ob id, quod oves ejus depastæ erant agrum, quem actores tertio cuidam Joanni Jacobi locaverant, venditæque sunt oves tanquam pignori obligatæ actoribus. Sed cum iidem actores etiam apes sibi obligatas contenderent, quæ tertii erant, & in eodem fundo cum alveis deprehendebantur, succubuerunt, quia hæ non depascunt pignus. Verum male: nam sunt quidem etiam fructus piignoris pignori *l. Paulus respondit* 29. §. 1. *ff. de pign. & hyp. l.* 1. *C. de part. pign.* sed ita si extent, & res non sufficiat, *l. si fundus* 16. §. *interdum ff. de pign. & hyp.* Adhæc res tertii non sunt nobis pignori, nisi hoc animo illatæ sint, idque domino consentiente, *l.* 1. §. *pen. ff. de migrand. l.* 1. & *t. tit. C. si res al. pign. dat.* Postremo etsi defructuans fuerit forte secundus conductor, res tamen ejus primo locatori non obligantur, nisi pro rata

ejus

ejus pensionis, quam ipse debet primo conductori, *l. si in lege* 24. §. 1. *ff. locat. junct. l. solutum* 11. §. *solutam ff. de pignor. act.*

Exitus judicii hic est, ut possessor pignus restituere cogatur, nisi malit debitum solvere: neutrum si faciat, tanti damnatur, quanti in litem juratum erit, secundum distinctionem *d. l. si fundus* 16. §. *in vindicatione & seqq. ff. de pign. & hyp. l. si inter* 21. §. *ult. ff. eod.*

Fructuum quæ habenda ratio? Vid. *d. l.* 16. §. *interdum ff. eod.*. Si solvere paratus sit possessor, desiderare potest, ut creditor jus suum sibi cedat. *l. nulla* 5. *C. de sol. & lib. l. Paulus respondit* 12. §. 1. *ff. Qu. mod. pign. vel hyp. l. mulier* 19. *C. Qu. pot. in pign.* Sed quæritur, an hanc cessionem etiam injustus possessor desiderare possit? Aff. Paulus *in d. l. Paulus* §. 1. Neg. Scævola in *d. l. mulier.* Resp. Offerre & injustus potest, *d. l.* 16. §. *in vindicatione ff. de pign. & hyp.* cessionem desiderare tantum justus. Cuj. 11. *obs.* 35. Ant. Fab. *lib.* 8. *tit.* 11. *def.* 3. Sand. *de cess. act. cap.* 6. *n.* 94.

Formulam Papiensis istam adducit: Simon adversus Philippum consistens dicit, quod Philippus confessus est accepisse centum mutuo sine usuris, quæ se restiturum illa die sub hypotheca bonorum promisit, publico instrumento ea de re confecto. Dicit porro, quod tempore hujus conrractus Philippus tenuit & possedit, hodieque tenet & possidet fundum Cornelianum pro suo, quem tamen ex causa pignoris dimittere ac cedere recusat. Quare petit dictus Simon, ut pronuncietis dictum fundum esse pignori sibi obligatum, adversariumque con-

demnetis ad restituendum jure pignoris fundum, cum fructibus, damnis, & interesse &c.

Hac actione agens an probare debet rem fuisse in dominio debitoris. Aff. *arg. l. 5. & 6. C. si res al. pign. dat. l. 9. pr. l. 20. ff. de pign. act. l. 16. §. aliena res l. pen. §. 1. & ult. ff. de pign. & hyp.* Neg. *l. 2. ff. de probat. l. 3. l. 15. §. 1. l. 11. §. ususfructus. l. 13. §. cum pignori ff. de pign. & hyp. l. ult. ff. de usur. l. 9. §. pen. ff. de pign. act.* Affirmativam probat Glossa *§. item Serviana Inst. de act.* Chassen. *de tensib. §. 6. gloss. contra detentorem n. 9.* Sed glossam diabolicam communiter Doctores vocant teste Gail *d. obs. 26.*

Ad l. sicut vim 19.

Sed & custodiam. His verbis utrum diligentia exactissima an exacta significatur? Exactissimam arguit *l. si cum venderet 13. §. ult. ff. de pign. act.* Arguit & doctrina Theophili, docentis, *custodiæ* verbum adjectum verbo *culpæ* vel *diligentiæ* designare exactissimam custodiam, in *§. cum autem 3. Inst. de empt. vend.* Contra exactam intelligi evincit *l. contractus 23. ff. de reg. jur. & l. 5. §. nunc videndum ff. commod.* Hotom. agnoscit dissensionem Jurisconsultorum. Donellus vero respondet verbo *culpæ* hic designari culpam, quæ in faciendo consistit, verbo *custodiæ* opponi eam, quæ in non faciendo consistit. Ita & Accursius; sed damnat Cuj. *h.* qui mavult distinguere, utrum pignus utriusque, an solius creditoris gratia datum sit.

Ad l. creditor 20. & l. 22.

Liberatur pignus soluto debito *l. 6. pr. ff. Quib. mod. pign. vel hyp.* Oblatio sola non cedit pro solutione; etiam obsignatio & depositio desideratur, *l. ac-*

l. acceptam 19. *C. de usur. l. obsignatione* 9. *C. de solut. & liber.* Opp. imo & oblatione sola, *l.* 11. §. *ult. ff. Qu. pot. in pign.* Resp. Giphanius exceptionem a regula esse. Verum non est de regula: ibi enim anterior creditor non possidebat pignus, idque vindicans repellitur per exceptionem doli mali *h. l.* 22. Nec adversantur huic legi 22. *l.* 1. & 5. *C. Qu. pot. in pign.* Non enim sequitur: Solutione & depositione confirmatur posteriori pignus: Ergo non confirmatur oblatione per exceptionem doli: cum utrumque verum esse possit.

Quod *ead. l.* 22. dicitur pignus retineri a posteriore creditore non posse, propter usuras usurarum, id hanc dubitationis causam habet: Cum posterior solvit anteriori sortem & usuras pro debitore, nova sors ex utrisque conflatur. Verum hac ratione non obstante respondetur, non posse retineri pignus, quoniam posterior anteriori solvens in locum ejus succedit *l.* 5. *ff. de distr. pign.* Quare ut ille non poterat retinere pignus propter usuras usurarum, ita nec hic potest. *l.* 12. §. *sciendum ff. Qu. pot. in pign.* Hotom. *h.*

Ad l. res obligatus 21.

Opp. §. 1. *Inst. Quib. al. lic. vel n. l. non est novum* 46. *ff. de acq. rer. dom. l.* 4. *ff. de pign. act.* cum *simil.* Resp. Aliud est pignus jure creditoris vendere, quod fit re æstimata justo pretio: aliud debitum recipere. Venditio denuntiationes requirit, non debiti solutio. Succedit tamen exterus ille in locum creditoris, cui solvit, si hoc fuerit actum, *l.* 3. *ff. Qu. res pign. obl. poss. l.* 1. & 3. *C. de h. qu. in prior. cred. loc. succ. l. creditor* 12. §. *a Titio l. mulier* 19. *ff.*

Qu. pot. in pign. Hotom. *ibid. in. epit. n.* 18. Ant. Fab. *C. de b. qu. in prior. cred. loc. def.* 2. & 3.

Ad l. major 23.

Concordat *l.* 4. §. 1 *ff. Qu. mod. pign. vel. hyp. l.* 1. *l.* 2. *l.* 4 *l.* 7. *l.* 8. *l. ult. C. de remiss. pign.* Cum enim pacto nudo hypotheca contrahatur, contrario tolli poterit, *d. l.* 2. & *l. nihil tam* 35. *ff. de reg. jur.* Opp. *l. si tibi* 17. §. 2. *ff. de pact.* Resp. Hotom. ibi non pignus nominatim, sed debitum remissum erat. Fac. *l.* 5. *C. de remiss. pign.* Opp. *l.* 2. *C. de remiss. pign.* & *l.* 27. §. *pactus ff. de pact.* Quibus motus contra existimaveris non solvi pignus ipso jure, sed ope exceptionis. Quamvis enim hypotheca pacto nudo contrahatur, tamen ex nudo pacto Prætor hypothecariam dat, quæ per exceptionem elidenda est, quoniam non est ea obligatio naturalis tantum, quæ a Prætore confirmata est. Diss. Donell. *h.* existimans non solum hypothecam, sed & pignus pugno datum pacto tolli ipso jure: nec interesse utrum in specie de pignore, an de debito mentio facta sit. Verum contra Donellum auctoritate Cujacii pugnare possum in comm. ad *d. l.* 17. §. *de pignore.* Giphan. *h.* Conf. Hotom. 6. *obs.* 13. Connan. 5. *comm.* 3.

Ad l. persecutione 24. & *auth. hoc si debitor*

Antiqua lege prius debitor quam accessiones conveniebantur, *l. Moschis* 47. *ff. de jur. fisc. l.* 3. §. *ult. ff. de adm. rer. ad civ. pert. nov.* 4. *cap.* 2. *in fin.* Post constitutionibus data est creditori electio *l.* 14. & 24. *h. t. l. ult. C. de obl. & act.* Sed vetus jus restituitur *d. nov.* 4. *cap.* 2. Moribus vero rursum invaluerunt constitutiones. Neostad. *decis. Cur. Holl.* 4. Grot.

2. *cap.*

2. *cap.* 48. *verf. aluaer.* Chaffan. *de cenfib.* §. 6. *pr.* Zutphanienfes *tit.* 2. §. 12. Bituricenfes *tit.* 7. §. 1.

Excipiuntur 1. argentarii, qui fi pro alio interceſſerint, poſſunt etiam ante reum principalem, *d. nov.* 4. *cap.* 3. *in fin.* Et ipfi fi fpecialiter pacti fint, poſſunt ex pacto prius acceſſiones convenire, quam debitorem. Citra pactum non poſſunt *nov.* 139. *cap.* 1. Unde quæritur an hæc exceptio producenda ad mercatores? Neg. Giphan. *h. p.* 333. quia non funt publicæ perfonæ, nec quadrant eis, quæ habet Iuftinianus *d. nov.* 136. *cap.* 1. Diſſ. Accurf. *in d. nov.* 4. negans mercatorem pro alio intercedentem poſſe fe tueri exceptione excuſſionis, propter præcipuam fidem, quæ in eo requiritur. Diſſ. Ben. Straccha *tr. Quem. in cauf. merc. proced. tit. de except. n.* 5. *&* 6. dicens; non poſſe quidem mercatores & fimiles perfonas hanc exceptionem objicere ratione ordinis judiciorum, poſſe tamen ratione ejus quod fua interfit. 2. Ceſſat excuſſio, fi conſtet reum folvendo non eſſe. Conſtare autem poteſt ex rebus & rationibus debitoris, puta fi bonis jam ceſſerit, aut fiſcus bona occupaverit. Sichard. *h. n.* 14. Giphan. *p.* 334. Quod intelligendum de occupatione partis: nam publicatis omnibus bonis debere definit reus. Vid. *l. decem* 116. *ff. de verb. obl.* Sed etſi bona omnia fiſcus occupaverit, non tamen tenetur creditor fiſcum primo convenire, feu quod heres debitoris non fit, feu quod gravis adverfarius fit. Choppin. 3. *de morib. Parif.* 2. *n.* 3. 111. Si unus ex debitoris heredibus pignus poſſideat, is enim folus conveniri poteſt non excuſſis coheredibus *l.* 2. *C. de hered. act. l.* 2. *C. fi un. ex plur. hered.* Verum non eſt hæc

exceptio de regula: cum regula loquatur de tertio pignoris possessore. 4. Si debitor pignus litigiosum vendiderit, nec satisfaciat ex pretio creditori, statim adversus emptorem agi potest hypothecaria. *d. auth. hoc ita, nov.* 112. *cap.* 1. §. *ult.* 5. Cum debitor constituit velle se nomine creditoris possidere, cessat excussio: ipse enim creditor possidet. Verum nec hæc est de regula, cum cesset excussio debitore possidente, etsi constitutum non intervenerit *h. auth.* Et falsum putat Giphan. *p.* 335. posse hujusmodi constituto mutari possessorem. 6. Si creditori possessio pignoris tradita sit. Nec hoc satis quadrat proposito, cum possessor non agat hypothecaria. 7. Petunt exceptionem ex *l.* 2. *C. h. t.* quam non video. 8. In hypotheca generali cessare *exceptionem* tradit Chassan. *de censib.* §. 6. *gloss.* 1. 9. In hypotheca tacita. Male, & sine lege. Giphan. *p.* 335. 10. In iis judiciis, in quibus proceditur veritate facti sola inspecta omissis judiciorum ambagibus, Stracch. *d. loc.* Male. Giphan. *p.* 336. 11. Si agatur ex instrumento guarentigiæ, quod paratam executionem habet. Nec hoc consentaneum juri civili. Giphan. *p.* 336. 12. Si excussio sit impossibilis, extincta quippe actione personali, *arg. l.* 2. *C. de luit. pign. l.* 7. *C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* Hoc quoque displicet Giphan. *d. loc.* Et sane hypothecaria non est superstes personali, nisi cum datur adversus ipsum debitorem, *d. l.* 7. XIII. Si huic exceptioni renunciatum sit, Zang. *de except. cap.* 16. *n.* 15. Sed hoc in fidejussoribus procedit, non in tertio possessore pignoris. Quærunt præterea, exceptio excussionis dilatoria an peremptoria sit? Bartolus anomalam di-

cit, & posse tam ante quam post litem contestatam opponi. Sequitur Benedictus de Plumbino *tr. de disc. cuss. n.* 18. Idem Gloss. & Bartol. in *l.* 3. *in fin. ff. de except.* Cyn. & Salic. *in auth. præsente C. de fidej.* Schneid. *in §. si plures Inst. eod. n.* 4. Verum hi de exceptione ordinis loqui videntur, quæ fidejussoribus datur: cæterum excussionis dilatoriam esse etiam Cyn. & Salic. *d. loc.* fatentur, & est communis sententia. Zang. 2. *de except.* 16. Sichard. *h. n.* 6. Guid. Pap. *decis.* 94. & 532. *n.* 10. Ronchegal. *ad. l.* 3. *§. ubi duo n.* 122. *ff. de duob. reis arg. l.* 2. *pr. l. si maritus* 15. *§. præscriptiones ff. ad. l. Jul. de adult.*

Si debitor jam ab uno creditore excussus sit, & inidoneus deprehensus: an ea excussio profuit reliquis creditoribus? Aff. communiter Dd. quia excussio facit notorietatem. Sichard. *h. n.* 16. Giphan. *h. in fin.* Nisi forte ostendat pignoris possessor debitorem emersisse rursum ex rebus angustis. Ipse tamen debitor, si reperiatur postea a creditoribus, non potest exceptione rei judicatæ se tueri. Zang. *d. cap.* 16. *n.* 10.

Praxin Bartol. & Dd. eosque secutus Sichard. *h. n.* 11. condunt istam: Condemnato debitore principali apparitor mittendus ad ædes ejus, ut inspiciat, quid rerum habeat debitor. Redit is post diligentem inspectionem & refert. Relationem curat judex describi in actis. Citandi fidejussores & possessores pignorum, quibus præsentibus, vel saltem vocatis, audita relatione apparitoris, pronuntiabit judex, excussionem legitime factam esse, Sichard. *h. n.* 14. & 21. A qua pronuntiatione an possit appellari controvertunt Doctores. Frustra si Giphanio credimus:

is enim negat sententiam necessariam esse. Sed non frustra: excutiendis enim facultatibus singulorum arbitri solent dari, *l.* 5. §. *pen. ff. de agnosc.* & *l. lib. l. si cui libertas ff. de cond. & dem.* a quorum renuntiatione utique appellatur, *l. arbitrio* 9. *ff. Qu. satisd. cog.*

Ad l. ult.

Argenti distractores hic sunt argentarii. *Metaxarii* sunt negotiatores serici & *metaxa* tracta serici. Nomen serico, lanæ, commune, proprium sibi fecit sericum, propter pretium. De his constituitur, ut si pecunia mutuo sumpta militiam emerint, siquidem sibi, aut liberis, aut cognatis, censeantur eam comparasse ex pecunia mutua: sin extraneo, non censeantur, nisi creditor probet. Utilitas distinctionis in eo, quoniam mutuantes argentario vel negotiatori pacisci solebant, ut res ea pecunia comparatæ sibi essent pignori. Cuj. *h.* Alii notant hoc specialiter constitutum, ut ipsi quoque filii vel cognati, quibus militia empta est, conveniri possint contra *tit. C. ne ux. pro marit. & ne fil. pr. patr.*

Quæ ad reliquos titulos, si non aliud sit, quod impediat, tomus tertius exhibebit.



IN-

INDEX RERUM VERBORUMQUE.

A.

Pp 5 Aurei

corum

 corum

Bur-

C.

Eccle-

G.

ejus-

N.

O.

Pacis

P.

Q.

R.

Schel-

Vir-

Wa-

W.

Menda æquus lector, & forsan non erunt multa, per se facile corriget, modo tantum meminerit p. 287. pro *Francio Hertoch van Troyens soon* legendum *Francio Hector van Troyens soon*: nam ut moneam pro *Plats* legendum *Plaets* p. 3. pro *mennis*, *montis*, p. 295. operæ pretium vix puto.

FINIS.